1560 / B

Ex

Libris Joannis Thomæ Bosch
Medicinæ Doctoris.

JOSEPHI JACOBI PLENCK,

Chirurgiæ Doctoris, Chemiæ atque Botanices Profeſſoris, publici, ordinarii in Academia chirurgica militari, nec non Directoris pharmacopœarum militarium atque chirurgi ſtatus militaris ſupremi.

BROMATOLOGIA

SEU

DOCTRINA

DE

ESCULENTIS ET POTULENTIS.



Iac. Adam fecit Viennæ

VIENNÆ,

APUD RUDOLPHUM GRÆFFER. 1784.

Non aër, non pontus non terra, denique cuncta
Sufficiunt noſtræ vix elementa gulæ.

307409

WELLCOME
HISTORICAL
MEDICAL
LIBRARY

VIRO

PERILLUSTRI, EXPERTISSIMO,

DOCTISSIMO, AC CELEBERRIMO

JOANNI ALEXANDRO

BRAMBILLA

SAC. CÆS. REG. APOST. MAJ.

CHIRURGO PRIMARIO

NEC NON

EXERCITUUM ET PRÆTORIANORUM IMPERIALIUM CHIRURGO SUPREMO

ACADEMIÆ CHIRURGICÆ REGIÆ PARISIENSIS, MONTISPESUL. BONONIENSIS ET MANTINENS. MEMBRO

Hoc qualecunque opuſculum in obſervantiæ monumentum.

DEDICAT ET CONSECRAT

AUTHOR.

PRÆFATIO.

Ea corporis humani eſt conditio, ut ipſius vitæ actionibus omni momento partes ſolidæ deterantur & fluidæ corrumpantur; hinc ſanitas diu illibata & vita longa ſperari nequit, niſi detritæ partes & corrupti humores, nova reſtauratione iterum quotidie reſarciantur. Cum vero hæc reſtauratio ſolis alimentis fieri poſſit, hinc primarium ac præcipuum medici officium eſſe opinor, ut eſculentorum & potulentorum indolem optime pernoſcat; ſola enim hujus notione diætam, cuilibet ætati, temperamento, ſexui, anni tempori, climati, conſuetudini & morbo congruam præſcribere valebit. Hæc notitia denique multiplici alia ratione neceſſa-

ria eſt, morbi enim plurimi potiſſimum ex pravo victu originem habent, plurimi ideo bona diæta præcaveri, plurimi hac ſola facilius quam medicaminum farragine curari ſe ſinunt. Conſentiunt denique Diætologi omnes, inter cauſas longæ vitæ noſtrorum Proavorum non poſtremam fuiſſe, quod ignorarent adhuc in prima morum ſimplicitate tot ſenſim ab ingenioſa gula invectas cibi & potus corruptelas, tot condimenta, quæ magnatum & divitum menſis appoſita, ſuccos generant impuros aut ventriculum oppreſſo naturæ ſenſu ad nimium ingerendum alliciunt.

Non vero mihi mens eſt in hoc opuſculo Hygienes aut Diæteticæ integram tra-

dere doctrinam, ſed eam ſolummodo ampliſſimæ hujus doctrinæ partem, quæ rem cibariam ſpecialem pertractat, aphoriſtico, prælectionibus apto, percurrere ſermone.

Nemo mihi, opinor, vitio dabit, quod etiam cibos regionum exoticarum & illos, qui annonæ defectu in uſum alimentarem adhibebantur, recenſeam; prius etenim completus eſculentorum elenchus exigit & alterum multis eſſe poteſt utiliſſimum, ne calamitatis tempore latrantem ſtomachum nocivis aut ineptiſſimis ad nutritionem rebus infarciant, aut ne fame pereant.

Cum vero utiliſſimæ rei alimentariæ doctrina maximum ſuum incrementum immor-

talibus lucubrationibus LINNÆI, ZÜKERTI, SPIELMANNI, BERGII, MURRAY, GATTERERI, RICHTERI debeat, hinc plurimis in locis ipſa horum illuſtrium virorum verba potius retinere quam meis offerre volui.

ELENCHUS GENERALIS

De eſculentis generatim.

ESCULENTA VEGETABILIA.

Cerealia. *Getreidfrüchte.*
Legumina. *Hülſenfrüchte.*
Olera. *Gartengemüſse.*
Fungi. *Schwäme.*
Acetaria. *Salatpflanzen.*
Fructus. *Gartenfrüchte.*
Eſculenta vegetabilia ſuccedanea. *Nothſpeiſen.*

ESCULENTA ANIMALIA.

Mammalia. *Saugthiere.*
Aves. *Federthiere.*
Piſces. *Fiſche.*
Amphibia. *Amphibien.*
Inſecta. *Inſecte.*
Vermes. *Würme.*

CONDIMENTA.

Condimenta ſalina. *Salzgewürze.*
——— acida. *Saure Gewürze.*
——— dulcia. *Süſſe.*
——— pinguia. *Fette.*
——— lactea. *Michartige.*
——— gelatinoſa. *Sulzartige.*

Condimenta aromatica. *Aromatiſche.*
———— extraordinaria. *Auſſerordentliche.*
———— narcotica. *Betaubende Gewürze.*

POTULENTA.

Aquæ. *Wäſſer.*
Cereviſiæ. *Biere.*
Vina. *Weine.*
Spiritus vinoſi. *Brandweine.*
Lacta. *Milcharten.*
Potulenta dulcia. *Süſſe Getränke.*
———— calida. *Warme Getränke.*

DE
ESCULENTIS
GENERATIM.

Quæ ventriculo noſtro ingeſta in naturam noſtri corporis mutari ſe ſinunt, *cibi* ſeu *nutrimenta* vocantur.

Scientia, quae eſculentorum, & potulentorum doctrinam complectitur, *Bromatologia* audit.

Etymon eſt a βρῶμα, *cibus*, & λογὸς, *doctrina.*

Nutriendi facultate pollent corpora, quæ *principium conſtitutivum* continent

1. *Amylaceum* ut cerealia, legumina & qnædam radices.
2. *Gelatinoſum:* ut animalia.
3. *Oleoſum:* ut animalia & nuclei quorumdam fructuum.
4. *Sacharinum*, quod invegetabilibus quibusdam invenitur.
5. *Gummoſum*, quod e vegetabilibus aliquibus exſudat.
6. *Glutinoſum*, quod in cerealibus, caſeo & animalibus abundat.

7. *Mucilaginoſum* quod vegetabilibus & animalibus quibusdam ineſt.

8. *Lacteum* quod e vegetabili ut amygdalis, ſed præprimis ex animali petitur regno.

Denique quilibet cibus præter principium nutriens alia quoque principia conſtitutiva continet, quæ ſub digeſtione in ventriculo ſimul ſe evolvunt, inde habentur.

Eſculenta *aceſcentia*, e quibus *acidum*, ut e cerealibus.

——— *alcaleſcentia*, e quibus *alcali urinoſum* ut ex animalibus, fungis

——— *putreſcentia*, e quibus *putridum*

——— *ranceſcentia* e quibus *oleum acre*

——— *glutineſcentia* e quibus *gluten* vel *mucus*

——— *ſalina* e quibus *ſal culinare*, ut e carne ſalita ſe ſub digeſtione evolvit.

——— *flatulenta* e quibus magna copia *aeris* ſub digeſtione extricatur.

Dividuntur eſculenta:

1. A *regno* e quo depromuntur

in *vegetabilia*, quæ e vegetabili

— *animalia*, quæ ex animali deſumuntur regno

— *vegeto-animalia* ſeu *mixta* quæ ex animali & vegetabili regno mixtis conſtant.

2. A *conſiſtentia* denique dividuntur

in eſculenta *liquida*

— ——— *mollia*

— ——— *dura*

3. A *facili* vel *difficili* digeſtione

in *eupepta*, quæ cito & facile digeruntur: ut mollia & friabilia, facile ſolubilia, nempe carnes animalium juniorum & mediæ ætatis, cerealia præparata, vegetabilia tenera &c.

— *dyſpepta*, quæ difficulter vel plane non a ventriculo digeruntur, ut tenacia, dura, difficulter ſucco gaſtrico ſolubilia. Carnes animalium vetuſtorum, cerealia cruda, legumina, olera plurima. Piſces & Carnes ſalitæ, infumatæ, pinguia valde. Hæc ventriculum ſuo pondere gravant, in ſaburram crudam abeunt, unde varii generis morbi in primis & ex crudo chylo in ſanguinem tanſeunte in ſecundis viis oriuntur.

4. A *quantitute* contentæ ſubſtantiæ nutrititæ

in *polychyla*, quæ multum ſubſtantiæ nutrititæ continent: ut gelatinæ aut jura ex animalibus extracta.

— *oligochyla*, quæ parum ſubſtantiæ nutrientis, multum ſubſtantiæ non nutrititiæ continent: ut piſces, olera, legumina; horum ciborum ergo magna copia & robuſtus ventriculus pro nutritione exigitur.

5. A *ſalubritate* chyli, quem elargiuntur,

in *euchyma*, quæ bonum largiuntur chylum, qui ex mera ſubſtantia nutrititia

conſtat, ut lac, gelatina, carnium jura

in *cacochyma*, quæ malum largiuntur chylum: ſi nempe cum illo materia viſcida, ſalina, terrea, putrida ſanguinem ſimul ingreditur, ut cum glutinoſis, acidis, ſalſis, rancidis, putreſcentibus cibis fieri ſolet. Varii ex talibus cibis propullulant morbi.

Ex his pronum eſt intelligere, qui victus homini *ſano*, qui cuique *temperamento*, qui *ægroto*, qui cuilibet *ætati*, qui *climati*, qui anni *temporibus* maxime ſit conveniens. De quibus vide *Diæteticam generalem* & *ſpecialem*, quam *Hygiene* tradit.

Diæta homini *ſano* maxime conveniens eſt victus *vegeto-animalis* ſeu ex vegetabili & animali *miſtus*, ut carnium urinoſa acrimonia vegetabilium acido mitigetur.

Qui enim ſolo victu animali perpetuo victitant, humores acrimonia urinoſo-putrida inquinant; hoc enim comprobat fœtor manifeſtus oris, urinæ & ipſius lactis animalium carnivororum atque ſcorbuti & morborum putridorum frequentia in gentibus, quæ ſola carne veſcuntur.

A ſolo victu vegetabili ſanguis nimium aquoſus vel pituitoſus redditur, corporis & ventriculi debilitas, faciei pallor, acida in ventriculo ſaburra naſcitur.

Neceſſitatem cibi ex vegetabilibus & animalibus etiam docent inſtinctus, qui hominem in utrumque cibi genus allicit & fabrica corporis, quam

cum herbivoris & carnivoris animalibus communem habet. *

VASA CULINARIA.

Cum mors ſæpe lateat in olla, hinc Diæteticus etiam notitiam vaſorum culinarium habeat oportet.

Vaſa, in quibus eſculenta & potulenta conſervari, arte culinari præparari & menſis apponi ſolent, generatim dividuntur

in *lignea*, *terrea*, *vitrea*, *porcellana* & *metallica*.

VASA LIGNEA. Hæc innocua ſunt, dummodo bene & ſæpe purgentur, alias a ſervatis cibis pinguibus vel aceſcentibus rancor vel acor poris inhærens novos inditos inficit cibos.

VASA TERREA ſeu *FIGULINA.* Huc pertinent.

α. *nigra* ſeu *plumbaginagea.* Ex plumbagine & argilla conficiuntur ollæ illæ nigræ, quæ coquendis cibis inſerviunt. Sunt vaſa innocua, neque enim a pinguibus nec ab acidis ſolvuntur cibis.

β. *argillacea.* Vaſa ex argilla ficta non ſunt nociva, niſi ea, quorum ſuperficies interna vitriſicatione viridi ex lythargyrio, cinere cupri ac ſabulo confecta, obducitur. **

---

* *Cel.* ZÜCKERT. *mat. aliment.* p. 50. & *Ill.* HALLERI *Elem. Phyſiol.* T. VI. p. 189.

** *Cel.* DELIUS *Etwas zur Reviſion der Weinprobe* p. 33 & 34.

Vitrificatio autem *fuſca* ex magneſia vitrariorum confecta nihil nocet.

γ. *lapidea* Steintöpfe dicta. Ex argilla in lapidem ope ignis cum ſale communi indurata, ſunt innocentia.

VASA VITREA. Hæc maxime innocua & puriſſima ſunt vaſa: at ob fragilitatem non omni uſui culinari adhibenda.

VASA PORCELLANA ſeu *MURRHINA*, quæ ex terra argillacea alba conficiuntur, & in *vera* & *ſpuria* vaſa porcellana dividuntur, ſat tuti ſunt uſus culinaris. Encauſtum horum vaſorum calx ſtanni vel plumbi ingreditur quidem, at encauſtum non facile a cibis acidis vel pinguibus diſſolvi ſe ſinit.

Poſſunt etiam vaſa e laminis metallicis *encauſto* obductis in uſum culinarem adhiberi. *

VASA METALLICA. Hæc varii ſunt generis: ut

α. *Aurea.* Cum aurum nec acidis nec alcalinis nec pinguibus ſolvatur cibis, hinc præſtantiſſima ex auro eſſent vaſa culinaria; at ob ingens ejus pretium ſolas menſas regum ornant.

β. *Argentea.* Argentum *purum* a nullo etiam cibo ſolubile eſt: at vulgare argentum utplurimum cupro eſt adulteratum. Hinc cibi

* *Celeb.* MACQUERS *Chymiſches Wörterbuch.* 4. *Th.* p. 687.

pingues,

pingues, acidi, vel vinum diutius in tali vaſe retenta, emeſim & tormina cauſant. *

γ. *Stannea.* Stannum *purum* nec pinguibus, nec vino, nec acidis ſolvitur cibis: at tale vix venale invenitur, ſed utplurimum arſenico, plumbo, cupro contaminatum. Hinc cibi acidi vel pingues diu in vaſe ſtanneo ſervati ſæpe noxios exſerunt effectus.

δ. *Cuprea ſtanno obducta.* Incruſtatio ſtannea ex ſtanni partibus duabus & plumbi parte una conſtat.

Detrita incruſtatione ſtannea, quæ vix chartæ craſſitiem habet, cibi ærugine contaminantur, quæ vomitus, tremores, nauſeam, puſtulas, dolores ſpaſmodicos abdominis, diarrhæas producit.

ε. *Ferrea ſtanno obducta.* Ex laminis ferreis craſſiſſimis elaborata intus ſtanno obductis. Ferrum innocens eſt metallum, hinc hæc vaſa detrito etiam ſtanno non nocent, ſi ferrum etiam a cibis acidis aliquantum ſolvatur. At cibi inde nigreſcunt.

ϛ. *Ferrea zinco obducta.* Zincum purum nec ſtanni impuri nec cupri vitia habet, hinc ad vaſa ferrea obducenda eſt præſtantiſſimum metallum.

η. *Aenea* ſeu *Aurichalcea*, ex cupro & zinco vel ſtanno confecta, ut etiam vaſa ex cupro

* *Ill.* VAN SWIETEN *Comment.* T. VII. p. 733.

albo, quod arſenicum ingreditur, valde ſunt noxia.

Sapor mineralis, qui ex cochlearibus inde confectis linguæ imprimitur, ubi juſcula iis hauriuntur, docet, quam inſalubre metallum æneum ſit.

ESCULENTA
VEGETABILIA

ELENCHUS GENERALIS

Cerealia. *Getreidfrüchte.*

Legumina. *Hülſenfrüchte.*

Olera. *Gartengemüſe.*

Fungi. *Schwämme.*

Acetaria *Salatpflanzen.*

Fructus. *Gartenfrüchte.*

Eſculenta vegetabilia ſuccedanea. *Pflanzenartige Nothſpeiſen.*

ELENCHUS SPECIALIS

CEREALIA.

Triticum. *Weizen.*
Secale. *Rocken.*
Hordeum. *Gerſte.*
Oryza. *Reiſs.*
Avena. *Haber.*
Panicum miliaceum. *Hirſen.*
Panicum italicum. *Bitzweizen.*
Fagopyrum. *Buchweizen.*
Polygonum tartaricum. *Sibiriſcher Buchweizen.*
Polygonum erectum. *Pohlniſcher Gries.*
Zea Mays. *Türkiſcher Weizen.*
Spelta. *Spelz.*
Holcus ſorghum. *Indianiſche Hirſe.*
Grana mannæ. *Schwaden.*
—— Sago. *Sagogrüze.*
De pane generatim.
Panis triticeus. *Weizenbrod.*
—— ſecalinus. *Rokenbrod.*

LEGUMINA.

Piſum. *Erbſe.*
Lens. *Linſe.*
Phaſeolus. *Phaſole.*
Faba. *Saubohne.*
Cicer. *Ziſerl.*
Caragana. *Baumerbſen.*

OLERA.

RADICES.

Braſſica Rapa. *Weiſſe Rübe.*
——— oblonga. *Lange Rübe.*
——— Napobraſſica. *Kohlrübe.*
——— Napus. *Rübenſaamen Rübe.*
Caulorapa ſeu Gongylodes. *Kohlrabe.*
Daucus Carota. *Gelbe Rübe. Mohre.*
Sium Siſarum. *Zukerwurzel.*
Scorzonera hyſpanica. *Scorzonerwurzel.*
Tragopogon pratenſe. *Bocksbart.*
———— porrifolium. *Haberwurzel.*
Paſtinaca ſativa. *Paſtinak.*
Campanula Rapunculus. *Rapunzel.*
Apium Petroſelinum. *Peterſilie.*
Carum Carvi. *Kümmelwurzel.*
Bunium Bulbocaſtanum. *Erdköſten.*
Nymphæa Nelumbo. *Waſſerbohnen.*
Batatta. *Batatten.*
Solanum tuberoſum. *Erduffel.*
Helianthus tuberoſus. *Erdäpfel.*
———— Cynara. *Erd - Artiſchoke.*
Lathyrus tuberoſus. *Erdnuſs.*
Cyperus eſculentus. *Erdmandeln.*

FOLIA.

Braſſica capitata. *Weiſer Kopfkohl. Weiſſes Süſs-kraut.*
——— acidulata. *Sauerkraut.*
——— rubra. *Rother Kopfkohl. Rothes Süſskraut.*

Braſſica viridis. *Grüner Wirſching.*
——— ſabauda. *Weiſſer Wirſching. Savoyerkohl.*
——— laciniata. *Blaukohl.*
——— Seleniſia. *Blumaſchekohl.*
——— ſectilis. *Schnittkohl.*
——— botrytis. *Blumenkohl. Carfiol.*
——— Brocoli. *Brocoli.*
Spinacia oleracea. *Spinat.*
Endivia. *Endivie.*
Portulaca. *Portulak.*
Beta Cicla. *Weiſſer Mangold.*
—— rubra. *Rothe Rübe.*
Oxalis Acetoſella. *Sauerklee.*
Rumex Acetoſa. *Sauerampfer.*
—— ſcutatus. *Schildformiger Sauerampfer.*
—— Patientia. *Engliſcher Spinat. Mönchsrhabarber.*
Urtica dioica. *Brenneſſel.*
Atriplex hortenſis. *Garten Melde.*
Malva rotundifolia. *Gänſepappel.*

Turiones.

Aſparagus officinalis. *Spargel.*
Humulus lupulus. *Hopfen.*
Cynara Carduncelus. *Cardi. Artifi.*

Disci.

Cynara Scolymus. *Artiſchoke.*

Legumina viridia.

Phaſeolus vulgaris. *Grüne Phaſole.*
——— floralis. *Blumenphaſole. Türkiſche Bohne.*
——— ſaccharatus. *Zuker Phaſole.*

Phaſeolus nanus. *Zwergphaſole.*
Piſa viridia. *Grüne Erbſen.*
—— ſaccharina. *Zukererbſen.*
Fabæ virides. *Grüne Bohne.*

FUNGI.

Agaricus campeſtris. *Champignon.*
——— delicioſus. *Reizker.*
——— Chantarellus. *Pfifferling.*
——— lactifluus. *Brädling.*
——— Mouceron. *Mouceron.*
——— piperatus. *Pfefferſchwamm.*
——— violaceus. *Violenſchwamm.*
——— integer. *Taubling.*
——— Kremlinga. *Kremling, Kohlentaubling.*
——— Georgii. *Reiſsling. Mayſchwamen. Georgenſchwamen.*
Boletus bovinus. *Pilze. Bilsling.*
Clavaria coralloides. *Corallenſchwamm.*
——— faſtigiata. *Ziegenbart.*
Phallus eſculentus. *Maurachen.*
——— Mitra. *Spizmorcheln.*
Lycoperdon Tuber. *Trüffel.*
———— Boviſta. *Boviſt.*

ACETARIA.

Blandiora.

Lactuca ſativa capitata. *Kopf-Salat. Hapel-Salat.*
——— ——— criſpa. *Krauſer Salat.*
Cichorium Endivia. *Endivien.*
———— Intybus. *Cichorien. Wegwart.*

Valeriana Locuſta olitoria. *Vögerlſalat. Feldſalat.*
Sedum reflexum. *Rückwärtsgeſchlagene Fettehenne.*
——— rupeſtre. *Felſen-Fettehenne.*
——— Anacampſeros. *Kriechende Fettehenne.*
Campanula Rapunculus. *Rapunzel.*
Oenothera biennis. *Nachtkerze. Rübrapunzel.*
Portulaca oleracea. *Portulak.*
Apium graveolens. *Celleri. Peterlein.*
Smilax aſpera. *Scharfe Stechwinde.*
Chærophyllum bulboſum. *Knollichter Kälberkropf. Pöperlſalat.*
Leontodon Taraxacum. *Löwenzahn. Pfaffenröhrlein.*
Braſſica capitata. *Kohlſalat.*
——— Rapa. *Rübenkraut.*
Cucumis ſativus. *Gurken.*
——— anguinus. *Schlangenförmige Gurke.*
Receptacula Mays. *Gugeruz.*
Beta rubra. *Rothe Rüben.*
Scorzonera Picroides. *Bittere Scorzoner.*
ACRIORA.
Naſturtium hortenſe. *Gartenkreſſe.*
——— criſpum. *Krauſer Gartenkreſſe.*
——— aquaticum. *Brunenkreſſe.*
Cochlearia. *Löffelkraut.*
Beccabunga. *Bachbungen.*
Barbarea. *Barbenkraut. Winterkreſſe. Waſſerſenf.*
Salicornia. *Glasſchmalz.*
Dracunculus. *Dragun.*
Tamus. *Gemeine Schmerwurz. Jungferwurzel.*
Pimpinella italica. *Pimpernel.*

Naſturtium indicum. *Indianiſche Kreſſe.*
Borrago. *Porretſch.*
Raphanus. *Rettig.*
Armoracia. *Meerrettig.*
Gemmæ Sambuci. *Hollunder Pozen.*

FRUCTUS.

ACIDI.
Citrus. *Citrone.*
Limonium. *Limone.*
Berberis. *Weinſchärl. Berberizen.*
Ceraſum acidum. *Weixel. Saure Kirſchen.*
Ribes rubrum. *Rothe Johannisbeer.*
—— album. *Weiſſe Johannisbeer.*
Tamarindus. *Tamarindenfrutht.*
Caſſia. *Caſſiefrucht.*
Hippophaë Rhamnoides. *Haſtdornfrucht.*
Karatas. *Wilde Ananas.*

ACIDO-DULCES.
Ananas. *Ananas.*
Aurantium. *Pomeranze.*
———— ſinenſe. *Apfelſine.*
Armeniaca. *Apricoſe.*
Perſica. *Pfirſching.*
Pomum. *Apfel.*
Pyrum. *Biern.*
Pruna. *Pflaume.*
Prunus Padus. *Schwarze Vogelkirſche. Faulbeer.*
——- virginiana. *Virginiſche Kirſche.*
——- avium. *Gemeine Vogelkirſche.*

Cynosbatus. *Hanbutten.*
Cerаſum dulce. *Kirſche.*
Fragum. *Erdbeere.*
Morum nigrum. *Schwarze Maulbeere.*
——- rubrum. *Rothe Maulbeer.*
——- album. *Weiſſe Maulbeer.*
Uva. *Weinbeere. Weintrauben.*
Paſſulæ corinthiacæ. *Corinthen Trauben, kleine Weinbeer.*
Baccæ Sambuci. *Hollunder Beere.*
Rubus idæus. *Himbeer.*
—— arcticus. *Nordländiſche Himbeer.*
—— fruticoſus. *Brombeer.*
—— cæſius. *Bocksbeer.*
—— ſaxatilis. *Steinbeer. Felſenhimbeer.*
—— Chamæmorus. *Multbeer.*
—— occidentalis. *Virginianiſche Himbeer.*

AQEO-DULCES.

Melo. *Melone.*
Dudaim. *Apfelmelone.*
Citrullus. *Waſſermelone.*
Pepo. *Kürbis.*
Cucurbita lagenaria. *Flaſchenkürbis.*
Ficus. *Feige.*
——- Sycomorus. *Pharaoniſche Feige.*
Dactylus. *Dattel.*
Jujuba. *Bruſtbeer.*
Sebeſtena. *Schwarze Bruſtbeer.*
Siliqua dulcis. *Johannisbrod.*
Empetrum nigrum. *Schwarze Affenbeer.*

Melongena. *Melanzonäpfel.*
Lycoperſicum. *Paradisapfel.*
Granatum. *Granatapfel.*
Ribes nigrum. *Schwarze Johannisbeer.*
—— alpinum. *Süſſe Johannesbeere.*
Groſſularia. *Stachelbeer.*
Uva criſpa. *Krauſe Stachelbeer. Kruſelbeer.*

ACERBIUSCULI.

Cornus maſcula. *Kornelle. Diendel.*
——— ſuecica. *Schwediſche Kornelle.*
Meſpilus germanica. *Miſpel.*
Sorbus domeſtica. *Speyerling. Eierſchüzen.*
——— aucuparia. *Vogelbeere. Sperberbeere.*
Cratægus Aria. *Mehlbeer.*
———— ſuecica. *Schwediſche Mehlbeere.*
———— torminalis. *Elſebeere.*
———— Oxycantha. *Hagedornbeere. Weisdornbeere.*
———— Azerolus. *Lazeroli. Azerollen.*
Vaccinium Oxycoccos. *Moosbeere.*
————— Myrtillus. *Gemeine Heidelbeere.*
————— Vitis idæa. *Preuſelbeere.*
————— uliginoſum. *Sumpfheidelbeere. Moorbeere.*
Oliva. *Oliven.*
Cydonium. *Quitten.*
Acacia. *Schlehen.*
Myrobalanus. *Mirobalanen.*
Arbutus Uva urſi. *Bärentraube.*
———— Unedo. *Erdbeerbaumfrucht.*
———— alpina. *Alpen Erdbeerbaumfrucht.*

Oleosi.

Amygdala dulcis. *Süſſe Mandeln.*

——— amara. *Bittere Mandeln.*

Avellana. *Haſelnuſs.*

Nux Juglans. *Wallnuſs.*

Piſtacia. *Piſtazie.*

Pineolæ. *Zirbelnüſſe. Pinien.*

Nux fagi. *Bucheicheln. Buçheckern.*

—— Cembræ *Cembernüſſe.*

Anacardium occidentale. *Abendländiſche Elephanten-laus.*

——— orientale. *Morgenländiſche Elephanten-laus.*

Caſtanea. *Caſtanie.*

Cacao. *Cacaubohne.*

Tribulus aquaticus. *Waſſernuſs.*

FRUCTUS VALDE EXOTICI.

Muſa. *Piſang. Paradiesfeige. Muſa.*

Banana. *Banane.*

Annona. *Annona.*

Garcinia Mangoſtana. *Mangopflaume.*

Pſidium Guajacanum. *Gwajawen.*

Dillenia. *Roſsapfelfrucht.*

Chryſophyllum. *Sternapfel.*

Chryſobalanus. *Kacoapflaume.*

Genipa. *Genipabeere.*

Morinda. *Indianiſche Maulbeer.*

Moringa. *Moringefrucht.*

Malum indicum. *Indianiſche Jujubenapfel.*
Spondias Mombin. *Mompin.*
Dioſpyros. Kaki. *Kakiapfel.*
Mammea. *Mameypferſche.*
Ochna. *Jabotapita-Frucht.*
Opuntia. *Indianiſche Feige.*
Eugenia Jambos. *Gemeine Jambuſen.*
Cocos nucifera. *Kokosnuſs.*
—— butyracea. *Butterkokosnuſs.*
Jacapucaya. *Topfbaumnuſs.*
Catappa. *Catappenuſs.*
Gnemon. *Gnemonbaumnuſs.*
Canarium. *Canarienbaumnuſs.*
Solanum montanum. *Bergpapa.*
Cucumis Chate. *Türkiſche Gurken.*
Petola. *Gemeine Petole.*
Strychos potatorum. *Waſſertrinker-Nuſs.*
Soja. *Sojabohne.*
Dolychus tetragonolobus. *Vierwinklichte Bohnen.*
——— ſinenſis. *Chineſiſche Bohnen.*
——— lignoſus. *Indianiſche Bohnen.*
Durio. *Durione.*
Papaia. *Papaya.*
Averrhoa acida. *Saurer Averrhoeapfel.*
Bilimbi. *Bilimbiapfel.*
Carambola. *Carambolaapfel.*
Malpighia. *Malpighiſche Frucht.*
Melaſtoma. *Schwarzmund.*
Podophyllum. *Mayapfel.*
Mangifera. *Mangefrucht.*

Corypha. *Schirmpalmfrucht.*
Boraſſus. *Weinpalme.*
Arundo ſaccharifera. *Zuckerrohr.*
Grias. *Griasfrucht.*
Calaba. *Schönblattfrucht.*
Elæocarpus. *Graniterbaumfrucht.*
Perſea. *Avogatofrucht.*
Areca oleracea. *Kohlpalmbaum.*
Caſſava. *Amerikaniſche Mehlwurzel.*
Sitodium. *Mehlfrucht.*
Caffra. *Mehlrinde.*
Lachryma Jobi indica. *Indianiſche Hiobsthräne.*

ESCULENTA VEGETABILIA SUCCEDANEA.

Loco cerealium.

Scirpus maritimus. *Meer- Semſen.*
Bromus ſecalinns. *Rocken - Treſpe.*
Avena fatua. *Windhaber.*
Lolium temulentum. *Sommerlolch. Schwindelhaber.*
Triticum repens. *Queckenwurzel. Hundegras.*
Convallaria Polygonatum. *Weiſswurz.*
Multiflora. *Vielblümige.*
Rumex acutus ſeu Lapatum acutum. *Gemeine Gründ-wurz.*
Polygonum Convolvulus. *Buchwinde.*
——— viviparum. *Keimender Wegetritt.*
——— aviculare. *Blutkraut. Vogelwegetritt.*
——— Biſtorta. *Natterwurz.*
Arbutus Uva urſi. *Bärentraube.*

Spergula arvenſis. *Akerſpark.*
Cratægus Aria. *Mehlbeer. Atlasbeer.*
——— Oxycantha. *Weisdornbeer.*
Sorbus aucuparia. *Vogelbeer. Quitſernbeer.*
Spiræa Filipendula. *Rother Steinbrech. Erdeicheln.*
Cynosbatos. *Hagebutte.*
Stachys paluſtris. *Sumpfroſspoley.*
Melampyrum arvenſe. *Ackerkuhweizen.*
Orobus tuberoſus. *Knolliche Erven.*
——— niger. *Schwarze Erven.*
Piſum maritimum. *Meerſtrands - Erbſe.*
Lathyrus Cicera. *Purpurrothe Platte - Erbſen.*
Ervum Ervilja. *Giftige Erven.*
Vicia ſativa. *Wiken.*
Lupinus albus. *Feigbohne.*
Trifolium repens. *Kriechender Klee.*
Scorzonera humilis. *Niedriger Scorzoner.*
Calla paluſtris. *Sumpf - Calla.*
Arum eſculentum. *Esbarer Aron.*
—— maculatum. *Gefleckter Aron.*
—— Colocaſia. *Egyptiſcher Aron.*
Fagus ſylvatica. *Gemeine Buche.*
Glandes. *Gemeine Eichel.*
Pinus ſylveſtris. *Gemeine Fichte.*
Abies. *Gemeine Tanne.*
Hymenæa Courbaril. *Heuſchreckenbaum.*
Zizania aquatica. *Seehafer.*
Cichorium Intybus. *Cichorienwurzel.*

Loco olerum.

Lilium Camſchatcenſe. *Camſchatenſer Lilie.*
Ariſarum. *Kohlaron.*
Dioſcorea ſativa. *Blutkohl.*
——— bulbifera. *Oebiswurzel.*
Cyperus Papyrus. *Aegyptiſche Papierrinde.*
Arachis hypogæa. *Erdpiſtazien.*
Anchuſa officinalis. *Officinelle Ochſenzunge.*
Primula veris. *Schlüſſelblume.*
Campanulæ. *Glockenblumen.*
Lapſana communis. *Gemeiner Rainkohl.*
Chenopodium Bonus Henricus. *Guter Heinrich.*
Sonchus alpinus. *Alpen Gänſediſtel.*
——— oleraceus. *Kohlartige Gänſediſtel. Haſenkohl*
Helianthus annuus. *Gemeine Sonnenblume.*
Heracleum Spondylium. *Bärenklau.*
Sempervivum tectorum. *Hauſslaub. Hauſswurz.*
Ranunculus Ficaria. *Scharbockkraut.*
Lamium album. *Weiſſe Taubeneſſel.*
——— lævigatum. *Rothe Taubeneſſel.*
Sinapis arvenſis. *Ackerſenf.*
Ornythogalum luteum. *Vogelmilch.*
Crambe maritima. *Meerkohl.*
Carduus paluſtris. *Sumpfdiſtel.*
Melocactus. *Melonendiſtel.*
Carlina acaulis. *Staminloſe Eberwurz.*
Onopordon Acanthium. *Weiſſe Bergdiſtel.*
Cnicus oleraceus. *Kohlartiges Krazkraut.*
Hipochæris maculata. *Gefleckte Saukraut.*

Alga

Alga ſaccharifera. *Isländiſches Meergras.*
Amaranthus oleraceus. *Amaranth.*
Blitum. *Maier - Amaranth.*
Lichen islandicus. *Isländiſches Moos. Flechte.*
——- velleus.
Fucus ſaccharinus. *Zukerſüſſes Meergras.*
——- eſculentus. *Esbares Meergras.*
——- palmatus. *Handförmiges Meergras.*
Tremella Noſtoc. *Sternputz.*
Ulva umbilicalis. *Meernabel.*
Tataria hungarica. *Tatarwurz.*
Phytolacca decandra. *Kermesbeere.*
Arctium lappa. *Groſſe Kletten.*
Borrago. *Borretſch.*
Eryngium maritimum. *Meerſtrand. Mannstreu.*
Mercurialis annua. *Gemeines Bingelkraut.*
Betonica. *Betonie.*
Ononis. *Hauhechel.*
Salicaria. *Weiderich.*
Angelica Archangelica. *Erz - Engelwurz.*
Epilobium anguſtifolium. *Schmalblättericher Weiderich.*
Panicum ſanguinale. *Bluthirſe.*
Fœnum græcum. *Bockshorn.*

CEREALIA.

Vegetabilia, e quorum ſeminibus farinaceis *Panis* aliique *cibi* farinacei parari ſolent, *Cerealia* dicuntur.

Duplici conſtant *principio nutriente*. Uno *amylaceo*, quod aceſcit & aqua calida ſolvitur. Altero *glutinoſo*, quod alcaleſcit, putreſcit & aqua calida ſolubile non eſt.

Principium *amylaceum* deſtillatione decomponitur in oleum & acidum. *Glutinoſum* vero in alcali volatile & *gluten* animale reſolvitur. Hoc principium maxima quantitate in tritico invenitur. *

Solent cerealia *triplici modo* in uſum alimentarem adhiberi:

1. Semina *integra*, vel in granula minima ſeu *Grutum* Grieß ope molendini contrita cum aqua, jure carnium vel lacte coquuntur. Vel

2. Semina ope molendini in *farinam* rediguntur. Ex qua ope aquæ in maſſam paſtaceam redacta *cibi farinacei* variæ formæ parantur, qui cum aqua, jure carnium vel lacte

---

* Inde origo principiorum conſtitutivorum chyli & lactis patet. *Cremor* ex oleo, *ſerum ſacchariferum* ex acido vegetabili, *caſeus* ex glutine & alcali volatili cerealium naſcitur. *Cel.* Bergii *mat. med.* p. 51.

aut ſolo butyro cocti comeduntur. * Rarius farina ſimplex vel toſta cum lacte in *pulmentum* redigitur.

3. Demum maſſa farinacea ope additi fermenti fermentationi comittitur & clibani calore in *panem* coquitur.

Virtus. Cerealia & cibi farinacei bene cocti egregie nutriunt, facile digeruntur, mucilagine tenui acrimonias involvunt, aceſcentia putredini humorum reſiſtunt: hinc hominibus ſanis & non valde debilibus aptiſſimum & ſaluberrimum ſuppeditant nutrimentum. *Panis* tamen bene fermentatus longe facilius adhuc, quam cibi farinacei *non fermentati*, digeritur.

Abuſus vero ciborum farinaceorum præſertim non fermentatorum aut non ſatis coctorum in primis viis glutinoſo - acidam ſaburram generant: inde ſenſatio ponderis in ventriculo, dyſpepſia, vermes, apoplexia, atrophia, vel leucophlegmatia,

---

* Varium imponitur cibis farinaceis nomen tum a figura tum ab additamentis: ut *Diphtongi* Knedel, *Noduli* Noken. *Placentæ quadratæ* Strudel. *Macarones* Macaroni. *Torundulæ* Nudeln. *Placentæ* Kuchen, hæ variæ ſunt butyraceæ, axungiatæ, ſaccharatæ, quæ minores ſunt, majores enim vocantur *Tortæ* Torten. *Clibanites* ſeu *Artocreas* Paſtete eſt panificium, cui includuntur carnes vel piſces varie parati.

febris pituitoſa, ſcrophulæ & obſtructis viſceribus hydrops varius. *

TRITICUM.

Triticum hybernum Linnæi. Weizen.

Odor nullus; Sapor farinaceus. Indoles glutinoſo-amylacea, hinc cibus vegeto-animalis. Nam $\frac{1}{4}$ glutinis animalis continet, utpote qua quantitate hoc cereale ab omnibus reliquis diſcriminatur.

Virtus eſt magis nutriens & minus aceſcens quam reliquorum cerealium, ſed lentos generat ſuccos.

Usus. *Farina* pro pane & cibis farinaceis parandis frequentiſſime adhiberi ſolet.

Grutum tritici Weizengries cum lacte vel jure carnium coctum dat gratum & valde nutriens pulmentum.

---

* *Ill.* Van Swieten obſervavit, pueros quosdam, qui ſemina tritici matura avidius comederant, cunctos male ſe habuiſſe, & infarcto ac tumido abdomine diu languiſſe; tandemque binos eorum periiſſe hydropicos, reliquis purgantium ope ſervatis, quibus putrida ſaburra glutinoſa expulſa fuit. *Comment.* T. IV. p. 108. Idem expertus eſt ipſe Galenus, dum adoleſcens adhuc, aliorum ciborum inopia, triticum coctum, ſale conditum, eſuriens avide ingeſſiſſet, mox pondus ſenſit in ventriculo, poſtero die ſequebatur omnis cibi faſtidium, moleſti flatus, capitis dolor & caligatio oculorum, alvo interea ſuppreſſa. *De alimentorum facultat. lib.* I. c. VII.

Farina tritici cum lacte in *pulmentum* cocta conſuetum in noſtris regionibus neunatorum alimentum eſt. At niſi infans ſimul lacte materno fruatur & pulmentum rite paratum * ſit, modicaque copia ingeratur, ſua glutinoſitate putrida primas vias obducit, vaſa lactea glandulasque meſaraicas obturat. Inde atrophia corporis cum abdomine tumido, diarrhæa, apoplexia & mors infantum hoc pulmetto nutritorum. **

---

* De legitima præparatione & uſu pulmenti triticei vide mea *Elementa artis obſtetriciæ* p. 79.

** Im freymaurer Weiſenhaus zu Stockholm, dicit *Celeberrimus* MEISNER, gab man den Kindern Brey, halb Waſſer und halb Milch, und ungeſauerten Rockenzwieback, und wenn einige unruhig waren, ſo gab man ihnen Reiſswaſſer zu trinken. Allein man fand Urſache, damit bald aufzuhören. Die meiſten Kinder ſollen am Schlage mit vorgängigen Erbrechen und Ruhr geſtorben ſeyn. Auch in Londen wurde es verſucht, die Findlinge mit Brey zu füttern. Man fand aber, das von 50 derſelben 45 in einem Jahr ſterben, wogegen von 80 die man aufs Land zu Ammen gethan hatte, nur 29 dem Tode zu Theil wurden. Herr RAULIN erzählet, daſs zu Rouen von 132 Kindern, die man mit Kuhmilch und vom 8 Tage an mit Brey ernähret hatte, nicht mehr als 5 am Leben geblieben, und das es zu Paris bey eben der Nahrung nicht beſſer gegangen ſeye. Vide MEISNERS *zwo Abhandlungen über die Frage: Sind Findelhäuſer vortheilhaft oder ſchädlich? Göttingen* 1779. p. 32. & p. 139. At videtur Celeberrimus Author pulmento ſo-

Corrigit noxiam pulmenti qualitatem addita pauca quantitas vitelli ovi, ſacchari & magna copia lactis.

Ex finiſſima tritici farina *torundæ italicæ*, quæ *Macaroni* vocantur, fiunt, quorum magnus in juſculis cum jure carnium factis uſus eſt.

Panis triticeus eſt præſtantiſſimus, tenerrimus & facillimæ digeſtionis cibus. Vide *Panis triticeus.*

SECALE.

Secale cereale L. Rocken. Korn.

Odor nullus; Sapor farinaceus. Indoles: viſcoſæ mucilaginis ponderis ſui dimidium vehit.

Virtus nutriens, inviſcans, tritico facilius aceſcens, at minus conſtipans.

Usus. Farina pro pane ſecalino et cibis farinaceis adhibetur. *Pulmentum* ex gruto vel farina ſecalina, quam pauperes in cibum recipiunt, eſt valde viſcoſus cibus.

Ptyſana ſecalina valde cito aceſcit.

Panis ſecalinus eſt ſapidus, facilis ſtomacho & primarius cibus gentium ſeptentrionalium. Vide *Panis ſecalinus.* Saluberrimus eſt panis ex ſecali & tritico mixtus.

HORDEUM.

Hordeum vulgare L. Gerſte.

---

li nimium adſcribere: aër enim noſocomii corruptus potiſſima lethalitatis cauſa mihi eſſe videtur.

Odor nullus; Sapor farinaceus. Indoles: Farina hordei ¾ mucilaganis largitur.

Virtus. Nutrit minus quam triticum* & ſecale, refrigerat, ſemen virile auget.

Usus. Hordeum *integrum* coctura ſuam mucilaginem non dimittit, niſi ad tegminis crepaturam usque coquatur. Hordeum *mundatum*, id eſt, ſuo tegmine privatum, cum jure carnium coctum exhibet cibum gratum, multum nutrientem, ſua mucilagine acrimoniam temperantem, facillimæ digeſtionis. Hordeum *perlatum* Gerſtengraupe, ſeu in minora granula contritum ejusdem eſt virtutis, ſalubre præbet alimentum.

Cremor hordei ob vim demulcentem & antiphlogiſticam optimus eſt cibus in morbis acutis, inflammatoriis, febrilibus, catarrhoſis.

Panis hordeaceus eſt ſecalino albidior, at gravior & viſcedinem diu retinens. Recens eſt quidem ſatis ſapidus, antiquior vero ſiccus & inſipidus evadit, hinc digeſtu difficilis, tenax, ſumme flatulentus cibus.

ORYZA.

Oryza ſativa L. Reis.

Odor nullus; Sapor farinaceus. Indoles gelatinoſa, mucilaginis ſiccæ ½ largitur.

---

* Ideo militibus romanis, qui male ſe in pugna geſſerunt hordeum loco tritici in pœnam diſtribuebatur.

Virtus valde nutriens, ſubexſiccans, conſtipans, at gratum & ſaluberrimum alimentum. Vulgatiſſimus Orientis cibus.

Usus. Oryzæ puls ad cuncta ciborum genera loco panis adhibetur per totam Indiam orientalem, Perſiam & Japoniam. Semina oryzæ cum aqua, jure carnium vel lacte in pultem cocta egregium ſanis & ægrotis exhibent cibum, qui in diarrhæa & dyſenteria pro victu ſubexſiccante commendatur. *

Juſculum oryzæ mucilagine gelatinoſa non viſcoſa gaudet, coloris lacteſcentis, & egregium obvolvens acrimoniæ eſt.

Mahometani oryzam in balneo vaporis præparant, qua additis ſale & croco quotidie veſcuntur, quem cibum *Pilau* dicunt.

Panis ex oryza paratus, albus quidem & adſpectu pulcher eſt, at ob farinæ particulas duriuſculas nondum emollitas & imperfecte fermentatas ponderoſus, difficulter mandendus & digereudus.

AVENA.

Avena ſativa L. Haber.

Odor nullus; *Sapor* farinoſus, inſipidus. *Indoles* ex anaticis partibus amyli & mucilaginis conſtat.

Virtus minus quam hordei nutriens, & obvolvens ſed magis adhuc refrigerans.

---

* An pulmentum oryzæ valde calidum ventriculo ingeſtum cæcitatem & hæmorrhoides, ut Bontius refert, inducat, nondum ſufficienter compertum eſt.

Usus. *Grutum avenæ*, ſeu *Grualtum* Haber-Grüze, ſeu ſemina in farinam craſſiorem redacta cum jure carnium cocta utilem & facilis digeſtionis præbent cibum.

Juſcula avenacea ob vim refrigerandi & acritatem involvendi in morbis hecticis, tuſſi, ſputo cruento, arthritide & morbis inflammatoriis laudantur.

Panis avenaceus eſt niger, amaricans, difficillimæ digeſtionis.

PANICUM MILIACEUM.

Panicum miliaceum. L. Hirſen.

Odor nullus; Sapor farinaceus.

Virtus nutriens, alvum conſtipans, pauci alimenti & difficilioris digeſtionis cibus.

Usus. *Pultes* cum aqua vel lacte paratæ frequens pauperum & plebis cibus eſt.

Panis e panico miliaceo confectus, aridus, friabilis, ingratus, difficilis digeſtionis, pauci alimenti cibus, Lombardis in uſu eſt.

PANICUM ITALICUM.

Panicum italicum L. Bitzweizen.

Odor nullus; Sapor farinaceus, dulceſcens.

Virtus. Cibus nutriens at brevi faſtidium inferens.

Usus. Ad pulmenta cum lacte vel jure carnium adhibetur. In annonæ caritate ad panificia cogi poſſet. Maſſilienſes in obſidione panico vivebant.

FAGOPYRUM.

Polygonum Fagopyrum L. Buchweizen.

Odor nullus; Sapor farinaceus, debilis.

Virtus. Cibus digeſtu non facillimus, panico miliaceo plus nutriens, tritico minus aceſcens, at plus conſtipans, hinc hominibus alvo laxa laborantibus utilis cibus.

Usus. Semina excorticata cum lacte vel jure carnium in pultem cocta præſtans conſtituunt ferculum. *

POLYGONUM TARTARICUM.

Polygonum tartaricum L. Sibiriſche Buchweizen.

Usus. Incolæ Sibiriæ ſeptentrionalis & Ruſſiæ panem, placentas & alios cibos ex farina conficiunt. Gravis hic cibus a robuſtis his gentibus bene tamen concoquitur. **

POLYGONUM ERECTUM.

Poligonum erectum L. Pohlniſcher Gries.

Odor & Sapor farinaceus.

Usus. Ex ſeminibus alimentum tenue & leve in juſculis lactaceis, quæ phthiſicis commendantur, parari ſolet.

ZEA MAYS.

Zea Mays. L. Türkiſches Korn. Türkiſcher Weizen. *Frumentum turcicum.* Mays.

---

* *Schwed. Abhandl.* 6. *B.* p. 105.

** *Schwed. Abhandl.* 8. *B.* p. 28.

Odor nullus; Sapor farinaceus. Indoles viſcoſa, duriuſcula.

Virtus nutriens, at conſtipans, digeſtu difficilis, ruſticis relinquendus cibus.

Usus. Americani hoc unico cereali ab omni tempore vitam ſuſtentarunt. Gens Valachiæ ex farina Mays cum lacte cocta valde nutriens pulmentum parat, quod *Malay* ſeu *Polentam* dicunt. Alii conos ſeminum mox maturorum ſub cineribus uſtulatos in deliciis habent.

Semina ſub cineribus toſta in mortario conquaſſata a pelliculis ſeparata cum ſaccharo mixta peregrinantibus per longa deſerta exoptatum præbent alimentum, cujus pauca quantitas cum aqua vel pinguedine in pultem redacta *Quitzera* vocatur & validum dat nutrimentum.

Farina Mays difficulter fermentans dat *panem* viſcoſum, conſtipantem: at cum farina ſecalina vel triticea mixta dat panem ſalubrem, album, aperientem. *

SPELTA.

Triticum Spelta L. Dünkelkorn. Spelz. *Alica.*

Odor nullus; Sapor farinaceus. Indoles viſcoſo-glutanoſa.

Virtus plus hordeo, minus tritico nutriens, conſtipans.

---

* *Schwed. Abhandl.* 13. *B.* p. 313 & 14 *B.* p. 29.

Usus. *Panis* ex farina ſpeltacea tenax, cito areſcens, concoctu valde difficilis. Incolis circa Rhenum communis eſt. Ex *Spelta majori* paratur *Alica* Himmelsgerſte, quæ hordeo perlato præfertur.

HOLCUS SORGHUM.

Holcus Sorghum L. Sorgo. Indianiſche Hirſe. *Melica.*

Odor nullus; Sapor farinaceus, ſubdulcis.

Virtus nutriens, at ob magnum lentorem digeſtu difficilis, flatulenta; conſtipans.

Usus. Semina a ruſticis Ferrarienſibus in Italia in panificium adhibentur. Hoc unicum Indorum, ante Europæorum adventum erat frumentum. Indi ſpicam vix maturam edunt aſſatam.

SEMEN MANNÆ.

Festuca fluitans L. Schwaden. Mannagras. *Manna polonicum.*

Odor nullus, Sapor farinoſus, dulceſcens.

Virtus nutriens, ſalubris & ſapidior quam grana Sagu cibus, at conſtipans.

Usus. *Semina* in grutum contuſa ſapidiſſimam exhibet pultem. *Farina* ſeminum in panis, placentarum vel aliorum ciborum præparatione cæteris cerealibus parum cedit.

GRANA SAGU.

Cycas circinalis L. Sago. Sago-Grüze. Sed etiam hæc grana ex varii generis palmis, quarum

nondum ſatis determinatus caracter eſt, parantur. Indi ex caudice palmæ medullam ſeu amylum aqua extrahunt, quod in paſtam efformant, dein per cribrum meare cogunt, ut granulorum ſubrotundorum formam induat, quæ deinde ſuper lenem ignem ſiccant, usque dum indureſcant. *

Odor granorum nullus; Sapor farinaceo-gelatinoſus.

Virtus nutriens, digeſtu facilis, gelatinoſa, obvolvens.

Usus. Grana Sagu cum aqua vel jure carnium vel lacte vel vino cocta cibum ſiſtunt delicati ſaporis, appetitum excitantis, gulam raucam bene lenientis. Hinc debilibus, exhauſtis, tuſſientibus & tabidis commendatur.

Farina Sagu cum aqua cocta in pulmentum abit, gelatinæ amyli triticei ſimile, quod vero vapidum dat nutrimentum ad leucophlegmatiam diſponens. ** Indi ex farina Sagu etiam *panem* ſibi conficiunt, quum hi inſulani oryza vel alio frumento careant, hinc panis hicce arboreus iis quotidiano in uſu eſt.

---

* *Cel.* Zukert *mat. alim.* p. 79. Bruckmanns *Abh. von Sago. & commerc. lit. Norimb. Ann.* 1744.

** Rumphius narrat fœminas Amboinenſes, quæ papeda Sagu maxime delectantur, tumidum habere corpus leucophlegmaticum & in hydropem facile incidere, ſi corpus non multo labore exerceant.

In aliis regionibus panis pinſitur & puls conficitur ex medulla farinoſa trunci & ramorum Chamæropis *humilis L.* Folia Cycadis circinalis ſub nomine *olus Callopoides* in aqua cocta forma aſparagorum comeduntur.

DE PANE GENERATIM.

Maſſa farinacea fermentata & clibani calore cocta *Panis* dicitur.

Differentia vero ingens Panis datur:

1. Quoad *cerealia.*
2. —— *farinam.*
3. —— *figuram.*
4. —— *additionem.*
5. —— *præparationem.*
6. —— *vitia.*

Reſpectu *cerealium* uſitatiſſimus & optimus eſt *triticeus* & *ſecalinus*: minus bonus ex reliquis cerealibus, ut hucusque recenſuimus.

Reſpectu *farinæ* optimus eſt *ſiligineus*, & *domeſticus*, minus bonus *confuſaneus* & *furfuraceus*, ut poſtea dicetur.

Reſpectu *figuræ* habetur:

1. Panis *placentatus* Laabbrod, qui magnam placentam refert, quique vehementer toſtus per totum annum ſervari poteſt & pani biſcocto proximus eſt.
2. —— *ſimilageus*, parvam placentam refert.
3. —— *ſpiratus*, in ſpiram contortus.

4. Panis *buccellatus*, in buccellas confectus. Ruſſi in caſtris & itineribus hoc pane utuntur.

Reſpectu *additionis*. Ingredientia neceſſaria panis ſunt *farina*, *aqua*, *fermentum*, *ſal*. His vero alia quandoque ſimul adduntur ingredientia, inde vocatur panis

1. *lacteus*, quando lac loco aquæ additur. Inde candidus & gratiſſimi ſaporis panis conficitur.
2. *Ovatus*. Admixta ova panes molliores & magis friabiles reddunt.
3. *Saccharatus*, quando ſaccharo ſapor dulcis conciliatur.
4. *Mellitus* ſeu *piperatus*, Pfefferkuchen, ſi mel & piper addantur. Optimus eſt Norimbergenſis.
5. *Aromatiſatus*: ut crocatus, fœniculatus, vel coriandro, cumino conditus; hæc aromata gratum ſaporem pani conciliant, & ventri flatulentiam tollunt.
6. *Butyraceus*, ſi addatur butyrum.
7. *Fructaceus*, quando uvæ paſſæ, paſſulæ corinthicæ, caricæ, taleoli pomorum, pyrorum, nucum adduntur.

Reſpectu *præparationis* habetur: panis

1. *biſcoctus* ſeu *dipyrus*. Ob ſiccitatem maxime attrahit ſalivam & humorem gaſtricum, hinc facillime digeritur. Ob ſiccitatem diutiſſime conſervari poteſt, ideo in navibus frequens

ejus uſus eſt, tropicos tranſit ſitum non contrahens.

2. *Azymus* ſeu *non fermentatus*, qui absque fermento paratur.

VITIA PANIS. Bonus & ſalubris panis legitime fermentatus, ſalitus & coctus eſſe debet; hinc ſit non nimis recens, bene ſiccatus, poroſus, tener, ſapidus, in ore facile deliqueſcens, alias multos infert morbos. Eſt autem panis vitioſus

1. Panis *calidus*, quem multi butyro illitum in deliciis habent. At dentes reddit molliores * & vacillantes, difficulter digeritur: hinc dyſpepſiam, ſtomachi debilitatem, flatulentiam, ſitim, paſſionem hyſtericam & chloroſim infert. **

2. Panis *nimis mollis*. Inflat & debilitat ventriculum, hinc diarrhææ obnoxii morbum ſemper ex pane recente recurrere ſentiunt, debilitat etiam gingivas. *** *Cruſta* facilius quam *mica* panis digeritur.

---

* *Ill.* LINNÆUS in *amœnit. acad. Vol* v. p. 54 dicit: Ebur & cornu cervi ab artificibus pani præcalido incluſum emolliri ſolet, veluti cera flexilis.

** HIPPOCRATES *rat. victus L.* I. panem calidum comeſtum repentinam repletionem & ſitim inducere, tum tarde e ventre diſcedere & corpus flatibus diſtendere docet.

*** Ruſticis, qui ſub feriis per totos 14 dies nonniſi molliori pane veſcuntur, dentes ſentiunt vacillantes. Hinc

2. Panis

3. Panis *nimis antiquus.* Firmatur ventriculus pane vetere & ſicco, qui, etſi alvum aliquantum adſtringat, optime tamen digeritur. Si vero panis ob antiquitatem jam nimis aridus eſt, tunc vix maſticari, & difficillime digeri poteſt.
4. Panis *nimis exuſtus.* Ob carbonaceam indolem vix nutrit.
5. Panis *nimis humidus.* Ob ſpongioſam mollitiem humores gaſtricos non abſorbet, hinc digeſtu difficillimus eadem mala ac panis nimis mollis infert.
6. Panis *non bene fermentatus.* Ob gluten fermentatione non bene attenuatum, viſcidum in primis viis generat & alvum cohibet, hinc eadem mala. Fermentatio enim panem reddit poroſum & lentorem glutinoſum attenuat. Panis talis *collapſus* eſt.
7. Panis *non bene coctus.* Sic nimis humidus manet & farinaceam indigeſtibilem indolem retinet. Farina enim cruda non digeritur.
8. Panis *nimis acidus.* Scani ruſtici, qui molles & valde acidos comedunt panes, habent dentes plerumque carioſos & impuros, quod in aliis provinciis non obſervatur. * Panis ſecalinus ob aciditatem hypochondriacis &

---

etiam opulentorum pane molli utentium dentes & gingivæ ſunt molliores dicit *Ill.* LINNÆUS *l. c.*

* *Ill.* LINNÆUS *l. c.*

hyſtericis multis ſodam & cardialgiam cauſat.

9. Panis *non bene ſalitus.* Inſipidus eſt & non facile digeritur.

10. Panis *mucidus.* Omnis mucor ſaporem amarum & odorem nauſeoſum & venenatum habet, unde etiam canes panem mucidum non facile devorant. Habet mucor vim ſepticam.

11. Panis *vermiculoſus.* Nauſeam excitat, etiamſi hæ larvæ non ſint venenatæ.

12. Panis *arenoſus.* Ubi lapilli a lapidibus molaribus detriti farinæ immiſcentur, panis cum ſtridore dentium maſticatur.

13. Panis *ex frumento immaturo*, &

14. Panis *ex frumento corrupto*, ex quibus ſæpe varii morbi epidemici obſervantur.

15. Panis *venenatus.* Ab admixto bromo ſecalino ſeu Lolio temulento, Lathyro cicera, Ervo Ervilja, Secali cornuto &c. De his vide *Toxicologiam.*

Conſuetiſſimæ & maxime ſalubres panis ſpecies ſunt:

PANIS TRITICEUS.

Eſt panis ex farina tritici paratus. Weizenbrod.

Ex tritico *quintuplex* paratur farinæ ſpecies:

1. *FARINA SILIGINEA TRITICI.* Weizen Mundmehl. Quæ flos farinæ eſt, tenerrimum & facillimæ digeſtionis dat pa-

nem. Cum lacte panem *lacteum* Milchbrod conſtituit.

2. *FARINA SIMILAGEA TRITICI.* Eſt pura farina triticea, inde Similagines Mund-ſemeln conficiuntur.

3. *FARINA CIBALIS* Speismehl. Ex farina & furfure ſubtili conſtat. Inde *panis domeſticus albus* Weiſſes Hausbrod paratur.

4. *FARINA CONFUSANEA.* Weizen-Mangmehl. Ex farina a furfuribus non ſeparata conſtat. Inde *panis militaris triticeus* Weizen Kommißbrod paratur.

5. *FARINA FURFURACEA.* Kleyenmehl. Ex groſſiori furfure & pauca farina conſtat. Inde *panis furfuraceus* Kleyenbrod conficitur, qui ſolo annonæ tempore a pauperibus in cibum adhibetur.

ODOR levis, gratus; SAPOR gratiſſimus, COLOR albus.

VIRTUS. Panis triticeus in ventriculo facile ſolubilis, & in humorem lacti analogum, valde nutrientem & aceſcentem mutabilis eſt, alvum parum conſtipat, cito areſcit.

USUS. Eſt opulentorum ſaluberrimum, frequentiſſimum & copioſiſſimum alimentum. Libræ duæ panis homini ſano pro die ſufficiunt.

Aegrotis *Panatella* ſeu panis cum jure carnis in pultem coctus, pro cibo, & *Decoctum panis* aut

panis toſtus cum aqua infuſus ob vim nutrientem & aceſcentem in morbis acutis inflammatoriis, febrilibus & putridis pro potu ſalubri ſufficit.

Panis vino intinctus valde & cito refocillans cardiacum eſt.

Gelatina e cruſta panis cum pauca quantitate vitelli ovorum & lacte eſt optimum infantum neonatorum alimentum. *

PANIS SECALINUS.

Eſt panis ex farina ſecalina paratus. Rockenbrod.

Odor levis, gratus; Sapor gratus; Color nigricans.

Virtus. Eſt pane triticeo ſapidior, nec adeo cito areſcens, minus alvum obſtruens, magis detergens.

Usus. Eſt primarius ac frequentiſſimus hominum plebejorum cibus, digeſtu facilis, valde nutriens, át aliquantum flatulentus. Ad remum damnati ſolo pane nigro & aqua vivunt.

Panis ſecalinus craſſior ſubitiliore furfure remixtus non aſſuetis alvum movet. Saluberrimus panis ex ſecali & tritico mixtus eſt.

Abuſus ſaburram acidam generat hinc infantibus infarctus meſenterii, abdomen tumidum, tabes,

---

* *Samml. für pract. Aerzte* 8. *B.* 1. *p.* 35. VON DER HAAR *über das beſte Nahrungsmittel für neugebohrne Kinder.*

ſcrophulæ, vermes, ab acido rachitis, & pyroſis. *

Ex ſecali quadruplex paratur farinæ ſpecies:

1. *FARINA SILIGINEA* ſecalis. Feines Rokenmehl. Ex ſubtiliſſima farina pura conſtat. Inde *Similagines ſecalini* parantur.

2. *FARINA DOMESTICA*, Rocken-Hausmehl. Farina mediæ tenuitatis eſt. Inde *panis domeſticus niger*, Schwarzes Hausbrod paratur. Hicce eſt

   α. *Dulcis* e farina & tartaro cereviſiæ paratus. Eſt valde ſapidus, nutriens, ſtomacho facilis.

   β. *Acidus* e farina & paſta acida paratus. Hic refrigerans eſt, minus nutriens, diætæ animali convenientiſſimus.

3. *FARINA CONFUSANEA*. Rocken-Mangmehl. Ex farina a furfuribus non ſeparata conſtat. Inde panis militaris ſecalinus. Rocken-Kommißbrod conficitur.

4. *FARINA FURFURACEA SECALINA*, Rocken-Kleyenmehl ex ſolis furfuribus conſtat. Inde *panis furfuraceus* ſeu *caninus* Kleyenbrod ſeu Hundebrod pro canum pabulo paratur.

---

* *Ill.* HALLERI *mat. med.* T. II. p. 157. nunquam ſine pyroſi panem atrum Göttingæ comedere potuit.

LEGUMINA.

Sunt ſemina farinoſa, quæ manu, non falçe ut cerealia, leguntur & e quibus, panis parari non ſolet.

Odor nullus; Sapor peculiaris *leguminoſus* dictus.

Virtus. Nutriunt principio amylaceo: at cerealibus multo flatulentiora & digeſtu difficiliora ſunt, adeo ut colicam flatulentam, alvum conſtipatam inferant & iis, qui primarum viarum debilitate laborant, integra ſecedant. Hinc non niſi laborioſæ vitæ hominibus concedenda, debilibus & ſedentariis præſertim hernioſis, ne hernia incarceretur, evitanda.

Usus. Ingeruntur legumina aqua ad mollitiem cocta, additis condimentis carminativis & ſale. In aqua fluviatili facile, in puteali difficulter ad mollitiem coquuntur.

PISUM.

Pisum ſativum L. Erbſen.

Odor ſeminum maturorum vix ullus; Sapor ſubdulceſcens, leguminoſus, peculiaris; *Coctorum* magis dulceſcens.

Virtus nutriens, ſubflatulenta.

Usus. Semina integra cum carne ſalita & fumata coquuntur.

Panis e piſis eſt ponderoſus, ſatis gratus, dum recens eſt, at ſaporis dulceſcentis, leguminoſi &

per dies nonnullos ſervatus ſiccus & non ſapidus.

LENS.

Ervum lens L. Linſe.

Odor vix ullus; Sapor ſubamaricans, leguminoſus, qui adhuc in tranſpiratione corporis poſt ejus eſum percipitur. *Coctura* ſapor dulceſcit.

Virtus nutriens. Lentes coctæ non ingrati quidem ſunt ſaporis, ſed flatibus moleſtiſſimæ* & digeſtu difficiles.

Usus. Semina integra cum carnibus coquuntur. Etiam juſcula ex ſeminibus noſtræ culinæ parant.

PHASEOLUS.

Phaseolus vulgaris L. Phaſole ſeu Bohne.

Odor nullus; Sapor leguminoſus, coctura tener, ſapidus.

Virtus nutriens, minus flatulenta quam in piſis.

Usus. Semina integra cum carne ſalita & fumata coquuntur. *Juſculum* phaſeolorum eſt ſpiſſum ob partem cotyledoneam, quæ coctura non ſolvitur.

FABA.

Vicia Faba L. Saubohne. Duplex datur varietas: una ſemine *majori*, altera ſemine *minori*.

* Lentes equos flatulentia necarunt. *Ill.* Halleri *ſtirp. helv. n.* 421.

Odor nullus; Sapor leguminoſus, dulceſcens ut piſorum.

Virtus fabarum *maturarum* nutriens: at flatulentus, digeſtu difficilis cibus, ruſticis relinquendus.

Usus. Præſtat ſeminibus tenellis veſci utpote tenuioribus. Vide *fabas virides.*

CICER.

Cicer arietinum L. Ziſerl ſeu Kicherl.

Odor vix ullus. Sapor dulceſcens ut piſorum. Arilli Color variat, unde diſtinctio in cicer *rubrum*, *album* & *nigrum.*

Virtus nutriens, mucilaginea: at flatulentus, difficulter digerendus cibus, hinc bajulis relinquendus.

Usus. Semina virentia & immatura in juſculis coquuntur. Semina in ſartagine fricta & ſale conſperſa apud veteres Romanos plebi in theatris vendebantur, quæ cicere fricto, dum fabulæ agebantur, famam ſedare ſolebat.

Cicer *toſtum* coffeæ loco adhiberi poteſt.

CARAGANA.

Robinia Caragana L. Baumerbſen.

Odor nullus. Sapor leguminoſus.

Virtus nutriens, flatulenta.

Usus. Incolæ Sibiriæ ſeminibus hujus fruticis ut piſa paratis, veſcuntur.

OLERA.

Sunt vegetabilia eſculenta, quæ cocta comeduntur.

Odor nullus. Sapor tener, oleraceus, proprius.

Divisio in radices, folia, turiones, diſcos & legumina viridia. *

Virtus. Principio gummoſo, vel amylaceo, vel ſaccharino nutriunt, at minus quam cerealia & legumina. Et utut tenera ſentiantur, flatulenta tamen & digeſtu longe difficiliora ſunt quam caro animalis. At tenue & aquoſum dant alimentum, quod refrigerat, tranſpirationem & ſtimulum veneris minuit, vi ſaponacea alvum aperit, viſcerum obſtructiones & lentorem humorum reſolvit, atque ſcorbutum curat.

Hinc atrabilariis, emphracticis, ſcorbuticis, alvo dura aut lentore humorum laborantibus olera conveniunt.

Usus. Cum aqua elixata & dein juſculo butyraceo embemmata comedi ſolent.

RAPA.

Brassica Rapa L. Weiſſe Rübe. Halmrübe.

Odor ſubfragrans; Sapor dulceſcenti-ſubamaricans, ſubacris.

---

* De methodo olera recentia in uſum hyemalem ſiccandi vide *Ill.* Bergii *mat. med.* p. 573.

VIRTUS nutriens, parum flatulenta, carnes laxiores, humores mites generans, alvum apertam ſervans, antiſcorbutica, pectoralis, diuretica.

USUS. Rapæ in aqua elixatæ & poſtea cum embemmate butyraceo aut cum lacte in pultem coctæ cibum præbent facillimæ digeſtionis, edulcorantem, ſalubrem, non adeo flatulentum, ut vulgo putatur. Rapæ a quibusdam etiam *crudæ* & *toſtæ* comeduntur.

RAPA OBLONGA.

BRASSICA Rapa ſativa oblonga L. Lange Rübe. Groſſe Rübe. Waſſerrübe.

ODOR ſubfragrans; SAPOR dulceſcens, nullam fere acredinem habens.

VIRTUS nutriens, at flatulenta.

USUS prioris.

NAPOBRASSICA.

BRASSICA Napobraſſica L. Kohlrübe ſeu Krautrübe.

ODOR fere braſſicæ albæ; SAPOR ſubdulceſcens. VARIETAS luteſcens præſtantior atque dulcior eſt.

VIRTUS nutriens, edulcorans, antiſcorbutica. *

USUS. Editur cocta in juſculis: at rapis eſt durior.

NAPUS.

BRASSICA Napus L. Steckrübe. Rübſatwurzel. Rübſaamen-Rübe.

---

* *Götting. Gel. Nachricht.* 45. *St.* 1779. p. 705.

Odor rapæ. Sapor dulceſcens Napobraſſicæ ſapidior. Radix junior delicatiſſima. Radices majores carioſæ & tenaces utplurimum ſunt.

Virtus nutriens, antiſcorbutica, & flatulenta.

Usus. Radices in aqua elixantur & juxta carnes eduntur. Incoquuntur etiam juſculis.

CAULO-RAPA.

Brassica Gongylodes L. Kohlrabe.

Odor rapæ; Sapor dulceſcens Napobraſſicæ, ſed poſt coctionem magis tenereſcit & ſapidior, dulciorque eſt.

Virtus nutriens.

Usus. Editur decorticata more Napobraſſicæ.

CAROTA.

Daucus Carota L. Gelbe Rübe ſeu Möhre.

Odor ſubaromaticus non ingratus. Sapor dulceſcens, ſubaromaticus.

Virtus nutriens, aperiens, diuretica, antiſcorbutica, anthelminthica.

Usus. Radix cum jure carnium cocta gratum ac ſalubrem exhibet cibum, qui hyſtericis, ſcrophuloſis, phthiſicis, aphthoſis & calculoſis commendatur.

Radix *cruda* ſcorbuticis & pueris verminoſis * conducit.

---

* *Ephem. N. C.* 1730. p. 449.

Succus *expreſſus* valde laudatur in tuſſi ſicca, phthyſi & contra vermes. *

SISARUM.

Sium Siſarum L. Zukerwurzel.

Odor debilior in radicem petroſelini incidens. Sapor ſubdulceſcens, gratus.

Virtus. Principio amylaceo & ſaccharino ** egregie nutrit. Urinæ & ſeminis ſecretionem quandoque promovet.

Usus. Radix recens juſculis incoquitur aut elixata cum butyro & aromate paratur,

SCORZONERA.

Scorzonera hyſpanica L. Scorzonerwurzel.

Odor nullus. Sapor, aquoſo - ſucculentus, dulceſcens.

Virtus nutriens ***, aperiens, temperans humores acres.

Usus. Radix in aqua elixata cum embemmate butyraceo vel acidulo menſis apponitur.

---

* *Hamb. Magazin. 8. B. 6. St.*

** Libra civilis dimidia ſiccatæ radicis ℥iß dat ſacchari. *Cel.* Marggraf in *Mémoires de l'Academ. de Berlin.* Ann. 1747.

*** *Cel.* Cartheuseri *diſſ. de radicibus eſculentis in genere* §. 4. ℥j radicis ſuppeditat ʒv. ſubſtantiæ mucilagineæ nutrientis.

TRAGOPOGON PRATENSE.

TRAGOPOGON pratenſe L. Bocksbartwurzel.

ODOR nullus. SAPOR ſubdulceſcens ut aſparagi, ſed aliquantum amaricans.

VIRTUS nutriens, * aperiens, humores acres blandos reddens.

USUS. Radix aqua elixata cum embemmate ut aſparagus comeditur. *Folia* primo vere erumpentia, prope radicem reſecta inter ſaturas herbarum ſapidas locum tenent.

TRAGOPOGON PORRIFOLIUM.

TRAGOPOGON porrifolium L. Haberwurzel.

ODOR nullus; SAPOR ſuldulceſcens.

VIRTUS & USUS præcedentis.

PASTINACA.

PASTINACA ſativa L. Paſtinak.

ODOR fragrans. SAPOR dulceſcens, ſubaromaticus. Primo vere dulcior.

VIRTUS egregie nutriens, diuretica, minus rapis flatulenta. **

---

* Hæc radix eſt, qua JULIUS CÆSAR ſuum exercitum a POMPEJO cinctum per longum tempus unice aluiſſe dicitur. *Cel.* ERHART Oeconom. Pflanzenhiſtorie 2. B. p. 147.

** Quandoque primo vere, antequam folia progerminant radices *hyoſciami* vel *cicutæ* vel *cynapii* pro paſtinacis in foro venduntur. Hinc caveant ſibi coqui.

Usus. Radix recens incoquitur juſculis carnium vel elixatur in aqua & cum embemmate ex butyro acidulato editur.

Annoſæ radices paſtinacæ habentur venenatæ. *

RAPUNCULUS.

Campanula Rapunculus L. Rapunzel.

Odor nullus. Sapor dulceſcens.

Virtus nutriens, appetitum excitans, lac augens.

Usus. Radix ut aſparagus cum embemmate butyraceo editur cocta.

PETROSELINUM.

Apium Petroſelinum L. Peterſilie.

Odor radicis ſubaromaticus. Sapor dulceſcens, aromaticus. Radix vere & autumno præſtantiſſima. Sed cave, ne cum venenata cicutæ radice confundas.

Virtus nutriens, diuretica, aperiens. Epilepticis ** hyſtericis & oculis inflammatis noxia cenſetur. ***

---

* *Ill.* Murray *ap. med.* T. I. p. 284.

** *Cel.* Hannemannus in *Eph. N. C. Dec.* 3. *A.* 3. p. 78. epilepticum citat, qui poſt petroſelinum in juſculis vel aliis ferculis comeſtum ſemper graviori paroxyſmo correptus fuit. Plura exempla ſimilia narrat. *Cel.* Mariotte in *Journal de Medic.* T. 23. p. 545.

*** *Cel.* Alstonus (*lectures on Mat. med. Vol. I. p.* 381) ex comeſto copioſius petroſelino crudo plenitudinem vaſorum capitis & levem inflammationem ocu-

Usus. In culinis radices recentes juſculis carnium incoquuntur. Etiam quandoque ut Paſtinaca parantur.

CARUM CARVI.

Carum Carvi L. Kümmelwurzel. Speiskümmel.

Odor radicis ſubaromaticus. Sapor conſimilis, gratus.

Virtus nutriens, aperiens.

Usus. Radices, adhuc teneræ in Anglia more Paſtinacæ vel Dauci paratæ eduntur. *Folia* tenera cum oleribus coquuntur.

BULBOCASTANUM.

Bunium Bulbocaſtanum L. Erdköſten. *Caſtanea porcina.*

Odor radicis tuberoſæ nullus. Sapor caſtaneæ aliquantum ſimilis.

Virtus nutriens, aphrodiſiaca.

Usus. Radix decorticata incoquitur cum pipere juſculis carnium. Editur etiam cruda.

NELUMBO.

Nymphæa Nelumbo L. Waſſerbohne.

Odor ſeminum nullus. Sapor dulceſcens, oleraceus.

Virtus nutriens, æſtum temperans, antaphrodiſiaca.

---

lorum & faciei obſervavit. Ophthalmiam ab eſu petroſelini auctam refert *Cel.* Boyle *Works* T. I. p. 503.

Usus. Semina baccarum decorticata cum ſaccharo in pultem coquuntur, qui reconvaleſcentibus refocillans dicitur eſſe cibus. *Radices* coctæ vel aſſatæ ſaporem cynaræ Scolymi habent. Veteres ex fabis his panem conficiebant. *

BATATTA.

Convolvulus Batatas L. Batatten. *Ubium.* Debiswurzel.

Odor nullus. Sapor dulcis, ſiccus, farinaceus.

Virtus. Radix farinacea optime ſapit, valde nutrit, optimumque carnis inſtar nutrimentum eſt. Cito ſatiat, ſtomachum gravat, ſi nimia ingurgitatur copia. Eſt frequens Indorum cibus.

Usus. Editur *cruda* in fruſta conſciſſa ad carnes & piſces, vel butyro aut oleo *fricta* vel forma obſonii loco oryzæ. Portugalli ex contrita & ſaccharo ſubacta radice *Marmodam* vel ex cocta & trita radice conficiunt pultem lactis forma inſtar albam, quam *Pepadam* dicunt.

SOLANUM TUBEROSUM.

Solanum tuberoſum L. Kartoffel. Erdtuffel. Grundbiern.

* Pythagoram, ubi dicit, a fabis abſtinendum eſſe, ſemina Nelumbi intelligere opinatur *Ill.* Linnæus. Vide *Amœnit. acad.* T. VI. p. 364.

Odor

Odor tuberum recentium ſubaphrodiſiacus. Sapor ſubfatuus. Tuberum *coctorum* ſapor farinoſo-leguminoſus.

Virtus nutriens, digeſtu facilis, acidum ſpontaneum in ventriculo domans. *Abuſus* vero generat abdominis, viſcerum & glandularum infarctus pituitoſos.

Usus. Hæc tubera plurimis gentibus primarius ſunt cibus. Eſitantur in aqua ſubſalita vel in jure carnium elixata cum embemmate butyraceo vel cum lardo ſive carnibus ſalitis. Eduntur etiam elixata cum aceto & oleo forma acetarii vel ſub cineribus toſta cum butyro & ſale. Varia denique alia eſculenta e ſolano tuberoſo parantur.

Panis ex ſola farina ſolani crudus & inſalubris eſt, ſi autem farina hæc miſceatur cum frumentacea, melior eixnde naſcitur panis, quo in Sileſia & Saxonia inferiori multi utuntur homines pro firmiſſimo alimento. *

Amylum e ſolano tuberoſo cum addito fermento in fermentationem non abit, hinc panis inde coqui nequit. At ex amylo cum lacte cocto ſapida parantur pulmenta & variæ ſapidæ placentæ.

Amylum hoc juri carnium additum, gelatinoſum hoc reddit, licet limpidum maneat.

HELIANTHUS TUBEROSUS.

Helianthus tuberoſus L. Erdäpfel.

---

* *Hannov. nüzliche Samml. vom Jahr.* 1458. 51. *Stuck.*

Odor nullus. Sapor vix ullus. Tubera hæc *coctura* evadunt tenera, dulceſcentia, albida, odore fere piſi cocti.

Virtus nutriens, ſubflatulenta, antiſcorbutica. *

Usus. Hæc tubera incoquuntur juſculis carnium, quibus bonum conciliant ſaporem & ipſa fiunt ſapida, ſed ſæpe flatus generant. Etiam butyro frixa eduntur.

HELIANTHUS CYNARA.

Helianthus Cynara. Erd=Artiſchocke. Gallice *Taupinambour.* Eſt Corona ſolis parvo flore, radice tuberoſa Tourn.

Odor tuberum recentium nullus. Sapor fatuus. Tubera *cocta* perfecte fere ſaporem diſci cynaræ coctæ æmulantur.

Virtus nutriens, ſapidiſſima, caput parum quandoque temulentans. **

Usus. Tubera hæc in taleolos ſciſſa, elixata & dein cum embemmate butyraceo ut aſparagus parata delicatum ſiſtunt cibum.

LATHYRUS TUBEROSUS.

Lathyrus tuberoſus L. Erdnüße. *Nuces terræ. Panis porcinus.* Saubrod.

---

* *Ill.* Richter *Chirurg. Biblioth.* 5. *Band* 1. *Stück p.* 131.

** Ego ſaltem aliquoties poſt hujus cibi paſtum ſentiebam levem temulentiam in capite.

Odor ſubaphrodiſiacus. Sapor dulceſcens leguminum virentium piſi hortenſis. Indoles magis amylacea quam ſolani tuberoſi.

Virtus nutriens.

Usus. Tubera in aqua elixata & cute nigra detracta eduntur cum butyro recente. Tartaris hæ radices primarium ſunt alimentum.

CYPERUS ESCULENTUS.

Cyperus eſculentus L. Erdmandeln. Arabiſche Süßwurzel. Italis *Dolci Thraſi.*

Odor nullus. Sapor dulcis.

Virtus nutriens, at ſiccus, durus & conſtipans cibus.

Usus. Radices frequenter coctæ eduntur in Italia. Alii e crudis radicibus rejecta pellicula dulcem exſugunt ſuccum.

BRASSICA CAPITATA.

Brassica capitata L. Weiſſer Kopfkohl. Weiſſes Süßkraut.

Odor foliorum debilis. Sapor oleraceus, ſubdulceſcens.

Virtus nutriens, victum tenuem ſubminiſtrans, flatulenta, diuretica, eccoprotica, putreſcibilis cum fœtore.

Usus. Capita recentia diſſecta elixantur in jure car-

nium, usque dum plurimum brodii incoctum fuerit, & ſic eduntur cum carnibus.

Braſſica *acidulata* Sauerkraut & Braſſica *muriata* ſeu muria condita, ſunt optima præparata.

BRASSICA ACIDULATA.

Capita *Brassicæ capitatæ L.* in filamenta ope cultri vel dolabræ peculiaris minutim conſciſſa anetho, cumino & ſale permixta, in dolio mediante piſtillo ligneo arcte compacta & clauſa ſponte intra aliquot dies in breviuſculam fermentationem ſpirituoſam, dein acidam abeunt. Sauerkraut. *

Odor acidulus: Sapor acido-oleraceus, gratus.

Virtus nutriens. Cibus grato acore multis placens & ſapidiſſimus, at magna copia ingeſtus, duriuſculus, digeſtu difficilis, flatulentus, ut & tormina, anxietatem, vomitum aliaque mala ſubinde excitet & quandoque ſupra triduum in inteſtinis immutatum permaneat. **

Usus. Braſſica acidulata juri carnium incocta frequentiſſimus eſt cibus, quod cum carne pingui, lardo vel farciminibus ſapidiſſimum nobis exhibet ferculum.

Virtus medica. Efficaciſſima eſt diæta, quæ contra ſcorbutum in itineribus marinis tuetur & enatum jamjam morbum mirifice coercet & curat. Eo

---

* *Ill.* Murray *app. med. T. II. p.* 331.

** *Cel.* Rosenblad.

magis commendabilis, quum braſſica acidulata ultra annum in navi integram ſeſe ſervari patiatur: libra una ſingulo nautæ bis vel pluries per hebdomadem data ſufficit. Hæc inſtar acetarii cum aceto vini vel & cum alia eſca coƈta ingeri poteſt. Vis antiſcorbutica non ſolum ab acore ſed vel maxime ab aere fixo, qui ex braſſica ſub digeſtione in ventriculo extricatur, dependet.*

Hungari Braſſicam acidulatam crudam cum oleo lini comedunt.

BRASSICA RUBRA.

BRASSICA rubra L. Rother Kopfkohl. Rothes Süßkraut.

ODOR braſſicæ capitatæ. SAPOR dulceſcens.

VIRTUS magis tenera eſt, minus flatulenta.

USUS. Sapidior fit cibus ſi braſſicæ rubræ cum jure carnium in pulmentum coƈtæ addatur acetum. Braſſica hæc cum vino rubro & ſaccharo lente coƈta delicatiſſimum ſiſtit cum carne ſalita tenera ferculum.

* Virtus antiſcorbutica plurimis obſervatis extra dubium poſita invenitur in *Ill.* PRINGLE'S *Means for preſerving the health of mariners.* p. 29. &c. & *Medical and phil. Comment. Vol* 4. *p.* 237. *Cel.* LIND *on the Scurvy p.* 172. *Cel.* FORSTERS *obſervations during a Voyage round the world* p. 631. ubi miro exemplo 119 hominum vita per triennium in itinere marino incolumis maximam partem braſſica acidulata fuit ſervata.

BRASSICA VIRIDIS.

BRASSICA viridis L. Grünner Wirſching. Kelch.

ODOR nullus. SAPOR dulceſcens. *Erixatæ* ſapor tener, gratusque.

VIRTUS nutriens, facilius ob teneritudinem digeritur quam Braſſica alba & rubra. Quo tenerior enim eſt braſſica, eo facilius concoquitur.

USUS. Capitula dimidiatim diſſecta cum jure carnium coquuntur.

BRASSICA SABAUDA.

BRASSICA Sabauda L. Weiſſer Wirſching. Savoyerkohl.

ODOR nullus. SAPOR præcedente adhuc dulceſcens magis.

VIRTUS præcedentis.

USUS præcedentis.

BRASSICA LACINIATA.

BRASSICA Sabellica L. Blaukohl. Blauer Kelch.

ODOR in raphanum incidens. SAPOR ſubdulceſcens in rapam incidens.

VIRTUS. Difficillima eſt concoctu, niſi gelu tenereſcat: tunc vero nutriens, antiſcorbuticus & pectoralis cenſetur cibus.

USUS. Coma hujus braſſicæ ad menſam ut ſpinacia paratur. Quandoque caſtaneæ toſtæ cum ea miſcentur.

Hæc braſſica frigoris etiam ſævioris patientiſſima, ſub nive ſepulta virens tamen & ſuccoſa eſt. Pro gentibus borealibus ob climatis atque diætæ vitia ſcorbuto maxime obnoxiis valde utilis cibus eſt. Ut aliæ braſſicæ ſpecies non putreſcit cum fœtore. *

BRASSICA SELENISIA.

Brassica ſeleniſia L. Blumaſchekohl.

Odor nullus. Sapor ſubdulceſcens, *coctione* molliſſima, ſapidiſſima fit.

Virtus nutriens, ob mollitiem digeſtu facilis.

Usus. Paniculæ eduntur cum oleribus.

BRASSICA SECTILIS.

Brassica maritima Bauh. Schnittkohl.

Odor debilis. Sapor in braſſicam ſabellicam incidens. Utilis braſſicæ ſpecies eſt, cum tota æſtate ſectilis haberi poſſit.

Virtus præcedentis.

Usus. Paratur ad menſam ut ſpinacia.

BRASSICA BOTRYTIS.

Brassica Botrytis L. Blumenkohl ſeu Carfiol. *Cauliflora.*

Odor debilis. Sapor braſſicæ dulceſcens, *coctura* ſapidiſſimus.

---

* *Ill.* Bergius *mat. med.* p. 575.

Virtus nutriens, digeſtu facilis, ob teneritudinem & ſaporis gratiam præripit palmam omnibus braſſicis.

Usus. Paniculæ coctæ cum embemmate butyraceo ſapidiſſimum ſiſtunt cibum. Poteſt Botrytis per hyemem totam in frigidario facile recens ſervari.

BRASSICA BROCOLI.

Brassica Brocoli Mill. Brocoli. *Braſſica italica purpurea* ſeu *alba.* Italiäniſcher Kohl.

Odor nullus. Sapor braſſicæ Botrytios.

Virtus nutriens.

Usus. Coquitur planta integra reſecto trunco prope radicem & reſectis apicibus foliorum, in aqua ſalita, poſtea cribelli ope ex olla eximitur, integraque patinæ immittitur, atque cum embemmate ex ſale, oleo, aceto vini & ſucco citri comeditur. Eſtur Brocoli frequentiſſime in Italia & Sicilia.

SPINACIA.

Spinacia oleracea L. Spinat.

Odor nullus. Sapor debilis, herbaceus. Folia cocta ſub maſticatione ſubarenuloſum quid mentiuntur.

Virtus parum nutriens, temperans, alvum emolliens.

Usus. Folia cum jure carnium in pulmentum coquuntur. Sunt œconomi, qui folia viridia in furno

tepido torrefaciunt & in uſum hyemalem ſervant.

ENDIVIA.

Cichorium Endivia L. Endivie.

Odor foliorum nullus. Sapor grate amaricans, mollis.

Virtus nutriens.

Usus. Folia cocta eſitantur.

PORTULACA.

Portulaca oleracea L. Portulak.

Odor foliorum & caulium nullus. Sapor herbaceo-aquoſus, vix acidulus. Sed folia *cocta* tenera acidula.

Virtus nutriens, refrigerans, in æſtu viſcerum utilis.

Usus. Folia recentia cum ſummitatibus caulium fervide infunduntur aquæ, tum per cribellum ab aqua bene liberata, frixantur & macerantur in butyro; dum penitus molleſcunt, addatur ſaccharum & ſi placet vinum; tandem conficiantur cum cremore lactis vel vitellis ovorum.

BETA ALBA.

Beta Cicla L. Mangold.

Odor herbæ nullus. Sapor herbaceus, mitis.

Virtus nutriens, eccoprotica.

Usus. Folia recentia ut ſpinacia parata comeduntur.

Radix ob fatuitatem non amplius in uſu culinari eſt. *

BETA RUBRA.

Beta vulgaris L. Rothe Rüben.

Odor herbæ nullus. Sapor mitis, herbaceus.

Virtus nutriens, ſpinacia multo mihi ſaltem ſapidior.

Usus. Folia recentia pari modo ut ſpinacia parantur. *Radix* vero betæ rubræ ob nauſeoſam & fatuam dulcedinem niſi aceto condita forma acetarii.

ACETOSELLA.

Oxalis Acetoſella L. Sauerklee.

Odor foliorum nullus. Sapor grate dulceſcenti-acidus.

Virtus minus refrigerans, quam acetoſæ.

Usus. Folia juſculis & oleribus, quibus admiſcentur, ſaporem conciliant gratum. Hinc talia juſcula in morbis inflammatoriis, bilioſis & putridis conveniunt.

ACETOSA.

Rumex Acetoſa L. Sauerampfer.

---

* Betæ rubræ & albæ radicem apud priſcos Romanos in uſu culinari fuiſſe præſertim apud plebem, quæ vino & pipere betam coquebat, docet Martialis.
Ut ſapiant fatuæ fabrorum prandia betæ,
O quam ſæpe petet vina piperque coquus.

Odor foliorum nullus. Sapor intenſius acidus, gratus.

Virtus refrigerans, antibilioſa, anitſcorbutica, saporem acidum cibis concilians.

Usus. Folia eduntur in juſculis, vel cum aliis oleribus cocta. Frequentiſſimus vero uſus in embemmate ad carnes eſt. Lappones folia hæc cum lacte cocta comedunt. Juſcula acetoſæ in morbis bilioſis & putridis proſunt.

RUMEX SCUTATUS.

Rumex ſcutatus L. Schildförmiger Sauerampfer.

Odor foliorum nullus. Sapor acidus, ſed gratior & ſapidior quam Acetoſæ.

Virtus acetoſæ.

Usus idem cum acetoſa, ſed rarius ob folia nimis parva adhibetur.

RUMEX PATIENTIA.

Rumex Patientia L. Engliſcher Spinat. Möhnsrhabarbar.

Odor foliorum nullus. Sapor grate acidulus. Utilis planta frigoris & ſolis patiens.

Virtus refrigerans, antiſcorbutica. Folia recentia initio veris inter prima olera obveniunt. Cito coquuntur & cocta valde tenera evadunt.

Usus. Folia in aqua leniter infuſa, butyro fricta addito pauxillo farinæ & ſacchari & tandem cum

cremore lactis acidulo ſive vitellis ovorum condita ſapidum exhibent cibum.

URTICA DIOICA.

Urtica dioica L. Groſſe Brenneſſel. *Urtica major.*

Odor foliorum debilis. Sapor herbaceus.

Virtus nutriens, eccoprotica.

Usus. Folia tenella primo vere in Suecia tamquam oleris ſpecies frequentiſſime ut ſpinacia parata comeditur.

ATRIPLEX HORTENSIS.

Atriplex hortenſis L. Garten Melde.

Odor foliorum nullus. Sapor debilis, herbaceus.

Virtus nutriens.

Usus. Folia tempore æſtivo cum cerefolio, allio fiſtuloſo & carnibus in juſculum ſpiſſum coquuntur.

MALVA.

Malva rotundifolia Lin. Gänſepappel. Gänſe-Malve.

Odor nullus. Sapor herbaceus, debilis, mucilagineus.

Virtus nutriens, eccoprotica; * at dura, digeſtu difficilis herba.

---

* *Exoneraturo ventrem mihi Villica malvas attulit & varias, quas habet hortus opes*, dicit Martialis.

Usus. Apud veteres Romanos malva culinaris fuit. Sciebant autem Malvam & Betam adeo laute condire, ut ſuaviſſima eſſet daps. *

ASPARAGUS.

Asparagus officinalis L. Spargel.

Odor turionum vix ullus. Sapor dulceſcens, exacte leguminoſus ut piſi crudi, Turiones *cocti* minus dulces, obſcure amaricantes, pulpoſi.

Virtus nutriens, mundificans, diuretica, aphrodiſiaca, alcaleſcens, urinam odore peculiari imbuens, qui vero ſanis nullam noxam infert. Calculoſis, podagricis & mictu cruento & hæmorrhoide laborantibus a copioſo aſparagorum eſu paroxiſmus quandoque accelleratur. **

Usus. Coquuntur turiones in aqua ſubſalſa & eduntur cum embemmate butyraceo vel ex vitello ovi, ſucco citri, butyro recenti & ſaccharo.

Comeduntur turiones etiam ſemicocti & refrigerati cum embemmate ex oleo olivarum & aceto. *Juſculis carnium* gratum conciliant ſaporem. Aſparagi turiones valde craſſi in pretio habentur, atque ditiorum menſas tempore vernali opulentant.

---

* Cicero (*Epiſtol. libr. 7. epiſt. 26*) dicit ſe in cœna augurali apud Lentulum facile quidem oſtreis & muræris abſtinere potuiſſe, at a Beta & Malva ob luxurioſam præparationem tam copioſe comediſſe, ut gravi 10 dierum diarrhæa correptus fuerit.

** *Cel.* Erhart. l. c. 3. *B*. p. 11.

Vilioris pretii eſt *Aſparagus ſylveſtris* Wieſenſpargel. & *Aſparagus maritimus.* Meerſpargel, Corallenkraut, cujus turiones in acetariis ſumuntur.

LUPULUS.

Humulus Lupulus L. Hopfen.

Odor turionum recentium vix ullus. Sapor amaricans.

Virtus nutriens, roborans, ſapida ob gratam amaritiem.

Usus. Primo vere prorumpentes turiones ut aſparagi ad menſam parati comeduntur.

CARDUNCULUS.

Cynara Carduncŭlus L. Cardi ſeu Artiſi.

Odor foliorum virentium debilis, graviuſculus, balſamicus. Sapor amarus at *coctione* gratus.

Virtus nutriens, diuretica. Fœtorem axillarum & oris tollere dicitur.

Usus. Folia virentia ut turiones aſparagi præparata eduntur.

CYNARA.

Cynara Scolymus L. Artiſchoke.

Odor ſquammarum crudarum & receptaculi vix ullus. Sapor amaricans, ingratus. *Coctura* vero ſapor vix amaricans, gratus redditur.

VIRTUS nutriens, aphrodiſiaca, urinam violaceo odore inficiens. Cibus ſedentariis conveniens.

USUS. Capita virentia ante floreſcentiam reſecta elixantur in aqua ſubſalſa & dein cum embemmate butyraceo vel acidulo comeduntur. A ſquammis calycinis ope dentium abraditur pulpa lateris interioris. Receptaculum ut tenerrima & maxime carnoſa pars, ſapidiſſimum eſt.

PHASEOLUS VIRIDIS.

PHASEOLUS vulgaris L. adhuc viridis. Grüne Phaſole.

ODOR leguminum & ſeminum viridium ſubhircinus. SAPOR dulceſcens, ſubnauſeoſus.

VIRTUS egregie nutriens: at piſis viridibus phaſeoli legumina ſunt duriora, hinc iis digeſtu difficiliora.

USUS. Legumina adhuc tenella aqua elixata & cum embemmate butyraceo parata tenerum & ſapidum ſiſtunt cibum.

PHASEOLUS FLORALIS.

PHASEOLI vulgaris L. varietas cum flore puniceo. Blumen-Phaſole. Türkiſche Bohne, welſche oder Schminkbohne.

USUS. Legumina tenella cocta priori ſpecie ſunt ſapidiora. Recentes phaſeoli, virides & elixati, in ſegmenta ſciſſi ſed abſtractis longis filis, quæ ora nectunt.

PHASEOLUS SACCHARATUS.

Phaseoli vulgaris L. varietas. Zuker-Phaſeole.

Usus. Legumina cocta priori ſpecie dulciora, teneriora, ſapidiora.

PHASEOLUS NANUS.

Phaseolus nanus L. Zwergel Phaſeole.

Usus. Legumina coctura evadunt ſapida & tenera minus tamen quam reliquæ ſpecies.

PISA VIRIDIA.

Pisum ſativum L. Grüne Erbſen.

Odor. Leguminum immaturorum moderatus. Sapor leguminum & ſeminum dulceſcens herbaceus. *Coctura* ſapidiſſimus.

Virtus nutriens, eccoprotica, non flatulenta, digeſtu facillima.

Usus. Legumina integra, tenella adhuc vel ex adultioribus ſemina viridia exempta cocta cum embemmate butyraceo comeduntur, vel pullis coctis adduntur. Siccata & leniter toſta ad hyemen ſervari quidem poſſunt, at ventriculum gravant.

PISA SACCHARINA.

Pisi ſativi L. varietas. Zukererbſen.

Odor nullus. Sapor multo dulcior quam præcedentis ſpeciei.

Virtus prioris at magis ſapida & eccoprotica.

Usus præcedentis.

FABÆ

FABÆ VIRIDES.

Viciæ Fabæ L. legumina tenella. Grüne Saubohne.

Odor leguminum immaturorum moderatus. Sapor dulceſcenti-oleraceus.

Virtus nutriens: at cibus digeſtu difficilior, quam reliqua legumina viridia.

Usus. Legumina tenella pariter ac ſemina immatura ſapidum dant ferculum ſi cum radice dauci in aqua coquantur, ac dein cum butyro & petroſelino conficiantur. Solent etiam ſemina immatura in aqua fervida citiſſime infuſa in uſum hyemalem ſervari.

CLASSIS FUNGORUM.

Vegetabilia mollia, floribus foliisque deſtituta ex habitu omnibus nota *fungi* vocantur.

Odore & Sapore ſingulari *fungoſo* dicto inſtruuntur.

Principia constitutiva ſunt gluten, ſale alcalino volatili dives, facile putreſcens. Multum continent aquæ, vix enim pars octava fungi eſt ſolida.

Virtus nutriens, aphrodiſiacus ac delicati ſaporis cibus, gulæ gratus. Tartari in Ruſſia, qui eccleſiam græcam profitentur, in frequentiſſimis ſuis jejuniis fere ſolis fungis veſcuntur, & robuſto tamen gaudent corpore. At debili non conveniunt

ſtomacho. Nam ob coriaceam & glutinoſo - putridam, quam coctura induunt indolem, parum nutriunt, & ſæpe, indigeſti alvo excernuntur. Magna copia ingurgitati in ſtomacho intumeſcunt, unde a diſtenſione ejus anxietas, cardialgia, colica, ſingultus, quandoque indigeſti triduo in ſtomacho retinentur: dein putreſcunt & præter priora ſymptomata gaſtritidem & diarrhæam gangrænoſam inducunt.

Cum fungorum genera & ſpecies quædam venenata ſint, hinc fungi eſculenti a venenatis bene in culina diſtinguantur. Non comedantur fungi, qui inſtruuntur

1. ſtipite *cavo.*
2. Odore *tetro* & ſapore *acri*, urente.
3. Qui ſibi relicti cito in *liquamen putridum* defluunt, aut cocti valde indurantur.
4. *Color* fungi nihil certi docet.

Ex his ergo patet, fungum ob virus metum ſemper *ancipitem* eſſe cibum.

Notiſſimi fungi eſculenti ſunt ſequentes.

AGARICUS CAMPESTRIS.

Agaricus campeſtris L. Champignon. Ehrgürtel.

Odor fungoſus. Sapor conſimilis, ſubdulceſcens, gratus. Eſt vulgatiſſimus fungus in noſtris culinis.

Virtus parum nutriens at ſapidiſſimus cibus.

Usus. Recens fungus incoquitur embemmatibus va-

riis carnium & piſcium. Aceto vini conditus per hyemem ſalvo grato ſuo ſapore ſervari poteſt.

AGARICUS DELICIOSUS.

Agaricus delicioſus L. Reizker. Tännling.

Odor fungoſus. Sapor conſimilis, ſatis gratus, maſticatus in faucibus levem ſenſum acrimoniæ relinquens.

Virtus. Ob gelatinoſam indolem priori magis nutriens. Brodium hujus fungi, dum refrigeratur, valde ſpiſſeſcit & revera gelatineſcit, quod apud alios fungos non adeo obſervatur.

Usus. Recens fungus embemmatibus incoctus eſt ſapidiſſimus. Multo ſale conditus aut aceto coctus & pipere conditus per hyemen ſervatur.

AGARICUS CANTARELLUS.

Agaricus Cantarellus L. Pfifferlinge. Eyerſchwamm.

Odor fungoſus. Sapor conſimilis, ſubſalſus, cum levi ſenſu acrimoniæ in ore & faucibus mordente.

Virtus nutriens, ſapida.

Usus. Ut prior ſpecies paratur.

AGARICUS LACTIFLUUS.

Agaricus lactifluus L. Brädling.

Odor fungoſus, gratus. Sapor conſimilis. *Coctus* gratiſſimus.

Virtus nutriens, ſed ob duriuſculam carnem digeſtu difficilis.

Usus. Cum butyro & petroſelino frictus valde gelatineſcens & ſapidus evadit.

AGARICUS MOUCERON.

Agaricus Mouceron Gled.* Mouceron. Naßlinge.

Odor fungoſus. Sapor conſimilis, ſubſalſus, ſubaromaticus, gratus.

Virtus nutriens, gratum embemmatibus concilians ſaporem.

Usus. In culinis ſiccatus ſervatur hic fungus per hyemem. Recens vel ſiccatus embemmatibus incoquitur.

AGARICUS PIPERATUS.

Agaricus piperatus L. Pfefferſchwamm.

Odor fungoſus. Sapor acris.

Virtus. Etſi caro hujus fungi lacte croceo valde acri & fere cauſtico repleatur, tamen in Ruſſia, ubi in doliis ad tempus quadrageſimæ reſervatur, comedi ſolet.

AGARICUS VIOLACEUS.

Agaricus violaceus L. Violenſchwamm.

Odor fungoſus. Sapor mollis.

Virtus & Usus ſequentis.

---

* Gledit fungus 110.

AGARICUS INTEGER.

Agaricus integer L. Täubling. *

Odor fungoſus, debilis. Sapor ſubdulceſcens, fatuus. *Caro* duriuſcula, at tenera. *Color* vel ruber vel violaceus, vel albus vel viridis.

Datur Agaricus integer *venenatus*, qui habitu, figura & colore eſculento perfecte ſimilis eſt, ſed differt ab eſculento *odore tetro*, *ſapore acri* fere cauſtico & carne *laxa*. Unicus venenatus cum plurimis eſculentis coctus omnes hos emeticos & venenatos reddit. **

Virtus nutriens. Fungus adultior facile vermineſcit.

Usus. Coquitur cum butyro, ſale, pipere & petroſelino.

AGARICUS KREMLINGA.

Agaricus Kremlinga L. Kremling. Kohlentäubling.

---

* *Cel.* Krapf *Beſchreibung der in Unteröſterreich wachſenden Schwammen* I. *Heft* p. 5.

** Vide egregium opus mox citatum *Cel.* Krapf p. 9. An ex hac obſervatione explicari poteſt, cur quibusdam authoribus viſum fuerit fungos eosdem certis anni temporibus eſculentos, aliis vero temporibus eſſe venenatos? Aut an idem fungus pro diverſitate loci, in quo creſcit, bonus vel malus ſit, ut de plantis umbellatis, quæ in locis aquoſis creſcentes ſolummodo venenatæ ſunt, notum eſt. At Celeberrimi *Krapf* Agaricus integer venenatus creſcebat in eodem loco cum eſculentis l. c.

ODOR debilis. SAPOR ſubdulceſcens.

VIRTUS & USUS prioris.

AGARICUS GEORGII.

AGARICUS Georgii L. Reißling. Mayſchwamm. Georgen-Schwamm.

USUS. Convenir cum priore.

BOLETUS BOVINUS.

BOLETUS bovinus L. Pilze. Bilsling.

ODOR & SAPOR debilis, fungoſus.

VIRTUS nutriens, bonum ſaporem concilians.

USUS. Utplurimum ſiccatus ad condimenta juſculorum & ciborum adhibetur.

CLAVARIA CORALLOIDES.

CLAVARIA Coralloides L. Corallenſchwamm.

ODOR fungoſus. SAPOR debiliter fungoſus, in ſaporem rapæ recentis incidens. Fungus maſticatus ſenſum acrimoniæ & amaroris in ore & faucibus relinquit.

VIRTUS nutriens, ſapidum præbens cibum.

USUS. In culinis paratur fere ut agaricus delicioſus. Coquitur nempe cum butyro, ſale, petroſelino & baſilico per ſemihoram circiter, poſtea cum cremore lactis & ovis recentibus perficitur.

CLAVARIA FASTIGIATA.

CLAVARIA faſtigiata L. Ziegenbart.

Odor & Sapor debilis, fungoſus.
Virtus & Usus præcedentis.

PHALLUS ESCULENTUS.

Phallus eſculentus L. Morchel. Maurachen.

Odor debilior non ingratus. Sapor odori congruens, ſublubricans.

Virtus nutriens.

Usus. Infunditur fungus integer in aqua, quæ abjicienda, dein coquitur in butyro, tum additur ſaccharum atque vinum. Adhibetur etiam ad perficienda embemmata. Poteſt etiam ſiccari & per totum annum ſtipitibus rejectis ſervari.

PHALLUS MITRA.

Phallus Mitra. Spizmorchel.

Odor fungoſus. Sapor phalli eſculenti, facillime maſticatione comminuendus.

Virtus nutriens.

Usus. Recens, aqua calida infuſus, dein butyro maceratus, iterum cum pauca aqua per ſemihoram, addito petroſelino & pauxillo baſilici coquitur, tandem perficitur cum cremore lactis; unde ſapidiſſimus fit cibus.

Siccatus etiam diu ſervari poteſt.

LYCOPERDON TUBER.

Lycoperdon Tuber L. Trüffel. Hic fungus per totam hyemem effoditur e terra, ſub qua

ad dimidium pedem deliteſcit. Hinc aut caſu invenitur, aut ſuibus, qui tubera odore percipiunt, vel etiam canibus ad veſtiganda tubera condocefactis inquiruntur. Quæ hyeme inquiruntur, nigricant, quæ tempore occurrunt æſtivo, pulpam minus obſcuram habent, minusque ſapida at fragrantia tamen.

Odor fragrans. Sapor gratus.

Virtus nutriens, aphrodiſiaca, gratiſſimum ſaporem cibis concilians.

Usus. Tubera *recentia* ſub cineribus vel prunis fricta valde ſapida & fragrantia ſunt. *Siccata* evadunt tenacia; odorem ſaporemque fragrantem fere perdunt, in magnatum tamen epulis uſitata. *Oleo* condita diutius tenera, hinc ſiccatis præſtantiora, parum tamen ſapida ſunt, quare hæc ſolummodo cibis & embemmatibus tanquam condimentum adduntur.

LYCOPERDON BOVISTA.

Lycoperdon Boviſta L. Boviſt.

Odor fungi recentis fungoſus. Sapor conſimilis.

Virtus nutriens.

Usus. In Italia recens fungus non ſolum exiguus, ſed etiam magnus conſciſſus, coctus, dein frictus, ſale & oleo conditus eſitatur. *

---

* *Ill.* Halleri *mat. med. T.* II. *p.* 277.

CLASSIS ACETARIORUM.

Vegetabilia eſculenta, quæ cruda aceto, oleo & ſale irrorata comedi ſolent, *Acetaria* dicuntur.

Folia tenera, ſucculenta, glabra, ſapore & odore ingrato deſtituta huic ſcopo ſunt apta.

Odor plerumque nullus.

Virtus. Plantæ acetariæ ſucco gaudent ſolvente, ſaponaceo, refrigerante, antiſeptico, parum nutriente, eccoprotico, & diuretico; ob additum acetum ventriculum grato ſtimulo irritante.

Hinc appetitum excitant, diatheſin inflammatoriam, atrabilariam, alcalinam, putridam, ſcorbuticam humorum impediunt, corrigunt; linguam, ventriculum, inteſtina & renes ſordibus liberant, ſanguinem refrigerant, attenuant; obſtructiones hepatis aliorumque viſcerum ſolvunt.

Conveniunt ſedentariis, ſcorbuticis, bilioſis, ſanguineis, calidis, præſertim climatis aut æſtatis calore debilitatis.

Nocent vero acetaria frigidis, pituitoſis, inertia bilis vel acido laborantibus.

Dividuntur acetaria a ſuo ſapore in *blandiora* & *acriora.*

LACTUCA CAPITATA.

Lactuca ſativa capitata L. Kopf-Salat. Hapel-Salat.

Odor foliorum nullus. Sapor oleraceus, debiliſſime amaricans.

Virtus ſucco lacteo refrigerans, ſolvens, abſtergens eccoprotica, antaphrodiſiaca, ſubanodina. Satis facilis eſt digeſtu: ſi veſperi comedatur, noctes facit tranquillas, ardorem viſcerum, æſtum nocturnum temperat.

Usus. Capita aliquoties diſciſſa aceto, ſale & oleo irrorantur, optime cum ovi vitellis in aceto ſolutis ſapit.

LACTUCA CRISPA.

Lactuca ſativa criſpa L. Krauſer=Salat.

Odor foliorum nullus. Sapor aliquantum magis amaricans.

Virtus prioris.

Usus prioris.

ENDIVIA.

Cichorium Endivia L. Endivie Salat.

Odor foliorum nullus. Sapor grate amaricans. Si folia primo vere germinantia ad apices filo nectuntur, tunc folia interiora magis alba, tenera, dulcia evadunt.

Virtus nutriens, aperiens, temperans, eccoprotica, diuretica.

Usus prioris.

CICHORIUM.

Cichorium Intybus L. Cichorie. Wegwart=Salat.

Odor foliorum tenerorum nullus. Sapor grate amaricans.

Virtus aperiens, tonica, diuretica. Hypochondriacis, ictericis, obſtructione hapatis laborantibus utilis.

Usus. Folia tenella acetariis, radices juſculis & carnibus adduntur.

LOCUSTA OLITORIA.

Valariana Locuſta olitoria L. Feldſalat. Vögerlſalat.

Odor nullus. Sapor debilis, auſteriuſculus, gratus.

Virtus refrigerans, humores acres corrigens, tonica.

Usus. Folia vere & autumno, antequam cauleſcat herba, leguntur & radice rejecta, forma acetarii eduntur.

SEDUM REFLEXUM.

Sedum reflexum L. Rückwärtsgeſchlagene Fettehenne.

Usus eſt vulgatiſſimus Hollandis pro acetariis & oleribus.

SEDUM RUPESTRE.

Sedum rupeſtre L. Felſen-Fettehenne.

Usus præcedentis.

ANACAMPSEROS.

Sedum Anacampſeros L. Kriechende Fettehenne.

Odor foliorum ſubrancidus. Sapor aquoſo-acidulus.

Virtus nutriens, refrigerans, antiſcorbutica.

Usus. Folia recentia acetariis admiſcentur. Sola per ſe non facile aſſumuntur.

RAPUNCULUS.

Campanula Rapunculus L. Rapunzel.

Odor nullus; Sapor dulceſcens, gratus.

Virtus nutriens, ſapida.

Usus. Recentes radices in acetariis adhibentur, coquuntur etiam cum carne vel jure carnium.

OENOTHERA.

Oenothera biennis L. Rübrapunzel.

Odor radicis nullus. Sapor dulceſcens, oleraceus fere rapunculi.

Virtus nutriens, ſapida.

Usus. Radices coctæ forma acetarii comeduntur.

PORTULACA.

Portulaca oleracea L. Portulak. Portlak.

Odor caulium nullus. Sapor herbaceo-aquoſus, *coctura* acidulus.

Virtus nutriens, refrigerans, antiſcorbutica, ſolvens obſtructa.

Usus. Caules aqua fervida infunduntur, dein oleum & acetum adfunditur in forma acetarii, quod ad carnes comeditur. Caules crudi condiuntur cum aceto, ſalè, pipere & foliis lauri, atque ita per hyemem ſervantur.

APIUM.

Apium graveolens L. Celleri.

Odor radicis graveolens, aromaticus. Sapor ſubdulceſcens, ſubaromaticus.

Virtus nutriens, diuretica, ſubnarcotica, emmenagoga. Noxia dicitur morbo nervoſo laborantibus.

Usus. Radix cruda vel leviſſime cocta ſecatur in taleolos & ad carnes vel piſces aſſatas, aceto, oleoque condita editur.

SMILAX ASPERA.

Smilax aſpera L. Stechwinde.

Usus. Turiones frequenter Conſtantinopoli in acetariis comeduntur.

CHÆROPHYLLUM BULBOSUM.

Chærophyllum bulboſum L. Pöperlſalat. Knollichter Kälberkropf.

Odor radicis junioris nullus; Sapor ſubdulceſcens inſtar Apii.

Virtus nutriens, cenſetur ſuſpecta. *

Usus. Radices teneræ crudæ vel coctæ ad finem hyemis ſeu tempore quadrageſimæ forma acetarii co-

---

* Vertiginem, gravedinem, doloremque capitis eſu hujus radicis cauſari propria experientia teſtatur *Celeb.* Clusius. At ego & mea familia multoties tum Viennæ tum Budæ his radicibus in juſculo, tum & acetarii forma ſine noxa veſcebamur.

meduntur. Juſculis incoctæ bonum conciliant ſaporem.

TARAXACUM.

Leontodon Taraxacum L. Löwenzahn. Pfaffenröhrlein.

Odor foliorum nullus. Sapor primo vere amaricans, æſtate amarus. Tota planta admodum lacteſcit.

Virtus nutriens, aperiens, valde diuretica. Hinc dicitur vulgo in Gallia *Piſſenlit* ſeu *lectiminga*; infantes enim veſperi taraxacum in acetario comedentes, lectum facile permingunt.

Usus. Folia primo vere propullulantia adhuc alba ad acetarium colliguntur. Hoc aſciticis, ictericis, ſcorbuticis & obſtructione hepatis laborantibus valde convenit.

BRASSICA CAPITATA.

Brassica oleracea L. Süßes Kraut.

Odor nullus. Sapor oleraceus, ſubdulceſcens.

Virtus nutriens, diuretica, at valde flatulenta.

Usus. Capita braſſicæ albæ vel rubræ ope cultri vel dolabræ peculiaris in minutiſſima filamenta conſciſſa aceto calido perfuſa & addito lardo in minimas molleculas ſciſſo & calefacto forma acetarii ad carnes aſſatas præſertim porcinas comeduntur.

Hungari braſſicam *acidulatam crudam* cum oleo lini forma acetarii comedere amant.

BRASSICA RAPA.

Brassica Rapa L. Rübenkraut. Radices arenæ immiſſæ per totam hyemem albos turiones cum foliis flaveſcentibus emittunt, quæ inſtar acetarii uſurpantur.

Odor foliorum nullus. Sapor dulceſcens, grátus.

Virtus nutriens.

Usus. Hæc folia in defectu aliarum herbarum acetariarum in uſum trahuntur pro acetariis.

CUCUMIS SATIVUS.

Cucumis ſativus L. Gurken. Umurken.

Odor pomorum crudorum & immaturorum fatuus. Sapor ſubdulceſcens, crudus, fatuus.

Virtus nutriens, refrigerans, ſolvens.

Usus. Fructus tenelli ſeu *immaturi* Eſſiggurken.

Conditi ſale & aceto per totam hyemem conſervantur & frequentiſſime ad carnem bubulam comedi ſolent; ſignum bonæ conſervationis eſt, ſi rigidi, ſubfragiles non autem flaccidi deprehendantur. In váſe cupreo cocti valde virides & fragiles evadunt, at ob cuprum venenati ſunt. *

Eduntur etiam crudi in taleolos reſecti addito aceto, ſale, & pipere forma acetarii. Si ſuccus exprimitur, digeſtu ſunt difficiles & ructus cucumerinos generant, quod non obſervatur a taleolis non expreſſis.

---

* *Cel.* Gmelin *Geſchichte der mineraliſchen Gifte* p. 75.

Fructus paullo *majores* vel ſolutione ſalis parati. Salzgurken, ad carnem bubulam comeduntur.

Coquuntur cucùmeres conditi vel recentes in aqua, qui tenerrimi fiunt & cum embemmate butyraceo ad carnes comeduntur.

Cucumeris taleoli cum ſaccharo matutinis præſertim temporibus comeſti vel ſuccus expreſſus, commendatur phthiſicis, hecticis & hœmoptoicis. *

Cucumerum ſuccus in ventriculo non putreſcit ut ſuccus melonum & cucurbitarum. **

CUCUMIS ANGUINUS.

Cucumis anguinus L. Schlangenförmige Gurken.

Odor nullus; Sapor amaricans.

Usus. Indiani fructu immaturo, exempta medulla & amaritie per cocturam in aqua ablata, veſcuntur.

MAYS ACETATA.

Zea Mays L. Geſauerter Mays ſeu Gugeruz.

Usus. Receptacula florum fæmineorum adhuc tenella cum aceto condita ſuaviſſimum edulium, loco cucumerum ad carnem comedendum ſiſtunt.

BETA RUBRA.

Beta vulgaris L. Rothe-Rübe.

---

* *Cel.* Muzell *Wahrnehm.* I. *Samml.* p. 5.

** *Cel.* Zukert l. c. p. 190.

Odor

ODOR radicis debilis. SAPOR dulceſcens, fatuus.

VIRTUS nutriens, refrigerans, mucilaginea. *Succus* expreſſus naribus attractus ſternutationem movet.

USUS. Radices recentes elixantur in aqua & in taleolos ſectæ aceto & ſale conditi ad tempus hyemale conſervantur. Sic conditæ rubro ſuo & refrigerante ſucco gratiſſimum conſtituunt acetarium, quod ad carnem bubulam comedi ſolet.

SCORZONERA PICROIDES.

SCORZONERA Picroides L. Bittere Scorzoner.

USUS. Folia Monſpelii in oleribus & acetariis comeduntur.

NASTURTIUM HORTENSE.

LEPIDIUM ſativum L. Gartenkreſſe.

ODOR foliorum debilis, contuſorum fragrans. SAPOR vix ſubamaricans, acris, linguam faucesque calefaciens.

VIRTUS ſolvens, antiſcorbutica.

USUS. Folia nuper erumpentia, ſola vel lactucæ intermixta tempore vernali forma acetarii comeduntur.

NASTURTIUM CRISPUM.

LEPIDIUM ſativum criſpum L. Krauſer Gartenkreſſe.

ODOR foliorum debilis. SAPOR præcedentis ſed dulcior & validior.

VIRTUS & USUS præcedentis.

NASTURTIUM AQUATICUM.

SISYMBRIUM Naſturtium aquaticum L. Brunenkreſſe.

ODOR foliorum debilis. SAPOR acriuſculus.

VIRTUS antiſcorbutica.

USUS. Folia præcipue in Germania eduntur in acetariis.

COCHLEARIA.

COCHLEARIA officinalis L. Löffelkraut.

ODOR foliorum debilis, ſubnaſturcinus. SAPOR amarus, in naſturtium incidens, acris; *maſticata* fugacem acritatem ori & faucibus inprimunt.

VIRTUS antiſcorbutica, diuretica, mundificans.

USUS. Folia recentia herbis pro acetario intermiſcentur.

BECCABUNGA.

VERONICA Beccabunga L. Bachbungen.

ODOR foliorum contuſorum debilis. SAPOR amaricans, ſtypticus, acriuſculus.

VIRTUS antiſcorbutica, incidens.

USUS. Folia tenera tempore verno præſertim a Sileſis comeduntur. Turiones primo vere cocti gratum præbent olus.

BARBAREA.

ERYSIMUM Barbarea L. Winterkreſſe. Barbenkraut. Waſſerſenf.

Odor foliorum fere braſſicæ. Sapor naſturtii, vix acris, amaricans, linguam & fauces leniter calefaciens.

Virtus antiſcorbutica, duriuſcula.

Usus. Folia per totam hyemem ſub nive virent. Nulla igitur aptior planta in regionibus frigidis aut tempore hyemali pro acetariis antiſcorbuticis invenitur.

SALICORNIA.

Salicornia herbacea L. Glasſchmalz.

Odor foliorum nullus. Sapor ſalſus, ſubmordax.

Virtus antiſcorbutica, herbæ aceto conditæ appetitum excitans.

Usus. In Zeilandia menſibus æſtivis planta cocta, caulibus lignoſis exuta, lactucæ inſtar oleo, aceto & pipere condita, ut gratum antiſcorbuticum forma acetarii comeditur. Herba aceto *condita* per hyemem facile ſervatur.

DRACUNCULUS.

Artemisia Dracunculus L. Dragun. Kaiſerſalat.

Odor foliorum fragrans, ſuaveolens, ſubambroſiacus. Sapor aromaticus, gratus, vix amaricans.

Virtus ſtomachica, tonica, emmenagoga.

Usus. Folia recentia condimenti iuſtar ob gratiam ſaporis adduntur acetariis.

TAMUS.

TAMUS communis L. Schmerwurz. Jungferwurzel.

Usus. Turiones in Oriente forma acetarii comeduntur.

PIMPINELLA ITALICA.

POTERIUM Sanguiſorba L. Pimpernel.

Odor foliorum fragrans, graviuſculus, gratus. Sapor congruus.

Virtus ſtomachica, bonum ſaporem concilians.

Usus. Folia recentia ſaturæ herbarum pro acetariis adduntur.

NASTURTIUM INDICUM.

TROPÆOLUM majus L. Indianiſche Kreſſe.

Odor florum exacte naſturtii hortenſis. Sapor naſturcinus, ſubacris.

Virtus antiſcorbutica, eccoprotica, ſaporem naſturtii concilians.

Usus. Flores recentes ſaturæ herbariæ pro acetariis ob gratum ſaporem & amœnum colorem fulvum adduntur.

Baccæ aceto conditæ vim habent purgantem.

BORRAGO.

BORRAGO officinalis L. Porretſch.

Odor florum & foliorum debilis. Sapor ſubcucumerinus, herbaceo-aquoſus.

Virtus refrigerans, in ardore viſcerum utilis, acetario ſaporem cucumerinum concilians.

Usus. Juniora folia minutim conſciſſa aceto diluta embemma frigidum cucumerini ſaporis ad carnem bubulam comedendum conſtituunt. Folia tenera ut & flores cœrulei acetariis adduntur.

RAPHANUS.

Raphanus ſativus L. Rettig.

Odor radicis ſubfragrans, Sapor calidiuſculus, acris. *Corticalis* pars acrior, quam reliqua. *Coctus* raphanus aut ſolumodo ſiccatus fere inſipidus.

Varietates ſunt:

1. Raphanus *niger.*
2. ———— *oblongus rubens.*
3. *Radicula.*

Virtus antiſcorbutica, diuretica, ructatrix.

Usus. Omnes raphani varietates crudæ cum ſale & aceto comeduntur. Raphanus niger diutius hyemis vim ſuſtinet.

ARMORACIA.

Cochlearia Armoracia L. Meerrettig.

Odor radicis fragrans, pungens, penetrans, oculos feriens. Sapor acris, fervidus, dulceſcens, quandoque ſubamaricans. *Maſticata* fauces & linguam pungens, tuſſim excitans, nares feriens, oculos lachrimantes reddens, at effectu fugaci.

Coctæ aut *ſiccatæ* radicis ſapor & odor debilis.

VIRTUS appetitum excitans, diuretica, incidens, irritans, antiſcorbutica.

USUS. Radix raſa aceto diluta, vel, ut acrimonia involvatur, lacte & butyro fuſo ſubacta, forma embemmatis ad bubulam comeditur. Cumprimis piſcium inſipidorum condimento inſervit.

GEMMÆ SAMBUCI.

SAMBUCUS nigra L. Hollunder Pozen.

ODOR gemmarum primo vere erumpentium balſamicus. SAPOR amaricans, acris, nauſeoſus.

VIRTUS purgans.

USUS. Gemmæ quædam tempore vernali ſcopo alvum ducendi ſaturæ herbarum pro acetariis adduntur. Sed cave ne nimium addas, ne anacatharſis oriatur.

CLASSIS FRUCTUUM.

Edules & ſucculenti plantarum fœtus, qui ex ſemine & receptaculo conſtant, *fructus* vocantur.

A tempore *maturationis* dividuntur

in *horæos*, qui æſtate

— *hyemales*, qui hyeme vel ſero autumno matureſcunt.

VIRTUS. Nutriunt principio ſaccharino & mucilagineo. Vi ſaponacea ſolvunt humores, ſolida humectant & lubricant. Vi eccoprotica abſtergunt, primas vias & urinam movent. Abundante aere

fixo bilis & humorum putredini reſiſtunt. Sapore acidulo ſitim ſedant, æſtum temperant, refrigerant. Maxime conveniunt tempore æſtivo, quo recte matureſcunt & regionibus calidis, quæ illis ex ſummi Creatoris voluntate copioſiſſime abundant.

Usus. Hinc conducunt hominibus robuſtis, calidis, bilioſis, febricitantibus, alvo tarda, viſcerum obſtructione, ſaburra bilioſa aut dyſſenteria bilioſa, * melancholia vel ſcorbuto laborantibus.

Abuſus vero cauſat flatulentiam, tormina, diarrhæam, laxitatem, tranſpirationem ſuppreſſam, hinc proclivitatem in febres intermittentes. Fructus *immaturi* vero copioſius ingurgitati abdominis, viſcerum & glandularum infarctum & peculiarem ſcabiem cauſant. **

---

* Error popularis eſt quod pruna reliquique fructus horæi dyſenteriam cauſent; æſtiva autem dyſenteria bilioſa eſt, quæ grata fructuum aciditate & vi eccoprotica bilem ſolvente, evacuante & ejus putredini reſiſtente impeditur & ſi adeſt potius curatur. Hinc potius prophylaxis & medela dyſenteriæ ſunt. Multi dyſenterici fiunt, qui tempore æſtivo fructibus abſtinent, & *Cel.* DEGNER *de dyſent.* p. 250. refert dyſentericum a dyſenteria curatum ex bacc. Ribium. rubr. libris 3 intra bihorium comeſtis. Sed in dyſenteria autumnali a refrigeratione corporis ſeu tranſpiratione ſuppreſſa orta fructus horæi non conveniunt, cum ipſi tranſpirationem ſupprimant.

** *Ill.* VAN SWIETEN *Comment.* T. 3. p. 335. dicit:

Dividuntur fructus reſpectu ſaporis in *acidos - dulces*, *aqueo - dulces*, *adſtringentes* & *oleoſos*.

FRUCTUS ACIDI.

CITRUS.

CITRUS medica L. Citrone.

ODOR pulpæ debilis. SAPOR intenſe acidus. *Epidermis* aromatica. *Albedo* adſtringens.

VIRTUS pulpæ refrigerans, antiſeptica, antibilioſa, antiſcorbutica, vomitum & colicam a putredine vel bile acri ſiſtens.

USUS. Fructus in taleolos ſectus, ſaccharo conſperſus editur. *Succus* embemmatibus piſcium & carnium teneriorum & inſipidorum additur.

LIMONIUM.

MALUS Limonia acida BAUCHIN. Limonie.

ODOR pulpæ debilis. SAPOR ſubamaricans, citro acidior.

VIRTUS citri.

USUS. Fructus in taleolos ſectus embemmatibus carnium, præſertim quibus clibanitites infarciuntur, additur.

---

dum ruſticorum pueri immaturis fructibus abutuntur, tumido abdomine, infarctis viſceribus, glandularum indurationibus, ſcabiei quadam ſpecie toties pœnas luunt.

CITRUS DECUMANA.

Citrus decumana L. Pompelmus.

Odor corticis gratus. Sapor pulpæ fragis congruens, obtinet magnitudinem capitis humani. Datur *varietas* cum carne alba & *altera* cum carne *rubra*, quæ præſtantior eſt.

Virtus refrigerans, analeptica.

Usus. In cibum recipitur in Aſia & America ſeptentrionali.

BERBERIS.

Berberis vulgaris L. Weinſchárl. Saurau. Berberizen.

Odor baccarum recentium nullus. Sapor intenſius acidus.

Virtus refrigerans, antiſeptica. In febribus putridis & diarrhœa bilioſa laudatur. Eſt *ſuccedaneum* ſucci citri.

Usus. Baccæ ſaccharo conditæ ad carnes feras in intinctu comeduntur. Succus ob aciditatem & colorem rubrum loco ſucci citri ad confectionem potus polopuntiæ ſeu *Puntſch* inſervit.

CERASUM ACIDUM.

Prunus Ceraſus acida L. Saure Kirſchen. Weixel. *Amarella.*

Odor fructuum nullus. Sapor dulceſcenti-acidus.

Virtus refrigerans, ſaponacea, nutriens.

Usus. Fructus crudus vel coctus tempore æſtivo & ſiccatus tempore hyemali avide comeditur.

RIBES RUBRUM.

Ribes rubrum L. Rothe Johannisbeer. Ribiſel.

Odor baccarum vix ullus. Sapor ſubvinoſus, dulceſcenti-acidus.

Virtus refrigerans, antiputredinoſa, appetitum excitans, æſtum febrilem temperans. Phthyſicis noxius, at dyſenteria bilioſa laborantibus utilis cenſetur cibus. *

Usus. Baccæ comeduntur integræ, ſaccharo pulverato intinctæ.

Gelatina absque coctione paratur cum ſaccharo, quæ ad carnes feras gratum intinctum exhibet.

RIBES ALBUM.

Eſt varietas *Ribes rubri L.* Weiſſe Johannisbeer.

Odor nullus; Sapor dulcior quam ribes rubri.

Virtus præcedentis.

Usus. Baccæ albæ ut rubræ, at ſine ſaccharo integræ comeduntur.

TAMARINDUS.

Tamarindus indica L. Tamarindenfrucht.

Odor pulpæ nigræ in leguminibus contentæ debilis, ſubvinoſus. Sapor intenſius acidus, gratus, ſubnauſeoſi tamen aliquid continens.

---

* *Cel.* Degner *de dyſent.* p. 250.

Virtus refrigerans, antibilioſa, eccoprotica, in morbis bilioſis utiliſſima.

Usus. Peregrinatores in India ſitim ſibi hoc fructu reſtinguunt. In noſtris regionibus pulpa in morbis bilioſis adhibetur.

CASSIA.

Cassia Fiſtula L. Caſſiefrucht.

Odor pulpæ in leguminibus contentæ nullus. Sapor dulcis leniter acidulus, vix nauſeoſus.

Virtus refrigerans, eccoprotica, diuretica. Acidus fructus hyſtericis noxius eſſe dicitur.

Usus. Caſſia rarius quam Tamarindus in cibum vertitur.

HIPPOPHAE RHAMNOIDES.

Hippophae Rhamnoides L. Haſtdornfrucht.

Odor baccæ nullus. Sapor acidiſſimus; hinc crudus fructus negligitur, ſed roob inde conficitur.

Virtus refrigerans, appetitum excitans, bonum ſaporem concilians.

Usus. Piſcatores Alandi embemma gratum, quod ad piſces & carnes comedunt, ſibi parant.

KARATAS.

Bromelia Karatas L. Wilde Ananas.

Odor fructus gratus. Sapor vero acris & acidiſſimus.

Usus. Succus potui polopuntiæ in America ab Anglis admiſcetur. Vinum ex ſucco valde inebrians & calefaciens, at non diu conſervandum paratur.

FRUCTUS ACIDO-DULCES.

ANANAS.

Bromelia Ananas L. Ananas.

Odor fragrantiſſimus, gratiſſimus omnium fructuum. Sapor conſimilis, ad armeniacam cum vino mixtam accedens.

Virtus nutriens, analeptica. Gravidis noxia cenſetur.

Usus. Fructus decorticatus & in taleolos ſectus comeditur.

AURANTIUM.

Citrus Aurantium L. Pomeranze.

Odor flavedinis fragrans, at citro ingratior. Sapor pulpæ amaricans, aromatico-acidus.

Datur varietas

dulce, ſüſſe Pomeranzen, quæ dulci

amarum, bittere Pomeranzen, quæ amaricante gaudet ſapore.

Virtus refrigerans, ſtomachica, antiſcorbutica.

Usus. Fructus in taleolos ſectus intermixtis taleolis citri & ſacharo conſperſus forma acetarii dulcis, apponitur menſis. Etiam pulpa ex integro fructu cum vel ſine ſacharo comedi ſolet. Fructus integer *aſſatus* in potum *Biſchoff* adhibetur.

Succus expreſſus inſpiſſatione vel mixtione cum ſpiritu vini vel etiam ſaccharo conditus diu ſervari poteſt, & a navigatoribus ut eximium antiſcorbuticum in itineribus marinis æſtimatur.

AURANTIUM SINENSE.

Citrus Aurantium ſinenſe L. Apfelſine. Varietas prioris, at cum cortice eſculento.

Odor prioris. Sapor dulcior, vinoſus.

Virtus ſumme refrigerans, & reficiens.

Usus præcedentis.

ARMENIACA.

Prunus Armeniaca L. Apricoſe. Marille. *Malum armeniacum.*

Odor drupæ nullus. Sapor dulceſcenti-ſubacidulus, ſuccoſus, ſapidiſſimus.

Virtus nutriens.

Usus. Fructus communiter crudus, quandoque vino coctus comeditur.

PERSICA.

Amygdalus Perſica L. Pfirſching. *Malum perſicum.*

Odor drupæ gratus. Sapor gratiſſimus, dulceſcenti-acidulus.

Virtus nutriens, eccoprotica; Fructus nimia ſumptus copia excitans tormina.

Usus. Sapidiſſimus hic fructus comeditur crudus.

POMUM.

PYRUS Malus L. Apfel. Infinitæ dantur pomorum *varietates*, reſpectu ſaporis, coloris, maturationis & qualitatis. Optimæ varietates ſunt:

α. Pomum *borsdorfianum*. Borsdorfer ſeu Maſchanzter Apfel.

β. ——— *renetinum*. Reinetapfel.

Vilioris notæ ſunt:

1. Poma *præcocia*. Johannisaepfel.
2. —— *roſea*. Roſenaepfel.
3. —— *Melapia*. Honigaefel.
4. —— *Hæmatinomela*. Rothe Clavieraepfel.
5. —— *Stettinenſia*. Stettiner Aepfel.

ODOR debilis. SAPOR gratus, acidulo-dulcis; in *borsdorfiano* ſubroſaceus, in *renetino* ſubvinoſus. *Sapor* pomorum ſylveſtrium acerbus, acidiſſimus eſt.

VIRTUS nutriens, refrigerans, antibilioſa, ſubeccoprotica. Poma cruda ſub ſera veſpera comeſta facillime digeruntur, concoctioni ciborum opitulantur, alvum leniter laxant, ſcorbuto reſiſtunt, & ut quidam ajunt a calculo præſervant.*

USUS. Poma eduntur cruda, vel cocta vel aſſata. Poma cocta & in *gelatinam* redacta ſaluberrimus eſt cibus pro ægrotis acute decumbentibus, aut febre quacunque vexatis.

---

* *Ill.* LINNÆI *Amœnitat. acad.* T.

Succus expreſſus cum anatica portione ſacchari in *ſyrupum* coctus, tuſſientibus eſt utilis.

Poma *ſylveſtria* lacti incocta refrigerans juſculum meſſoribus præbent. De *pomaceo* inter potulenta dicetur.

PYRUM.

Pyrus communis L. Biern. *Varietates* pyrorum ſunt admodum multæ, præprimis laudantur.

α. Pyra *Iſenhartenſia.* Iſenhart.
β. —— *Bergamita* ſeu *Falerna.* Bergamoten.

Vilioris notæ ſpecies ſunt:

α. Pyra *moſchata.* Moſchattenbiern.
β. —— *moſchatellina.* Moschateller.
γ. —— *malvatica.* Gute Chriſtbiern, dantur æſtivalia & brumalia.
δ. —— *butyracea* ſeu *lardacea.* Schmalzbiern.
ε. —— *aquoſa.* Michaelisbiern. Waſſerbiern.
ζ. —— *ſaccharina.* Zuckerbiern.
η. —— *ſtrangulatoria.* Würgebiern. Strengling.
θ. —— *ſylveſtria.* Holzbiern.
ι. —— *hyemalia.* Winterbiern.

Odor vix nullus. Sapor dulceſcens, gratus.

Virtus nutriens, dum nuper ex arbore decerpuntur, hi fructus ſalubres & grati ſunt, diu autem ſervati nimium emolliuntur vel ſubfarinacei fiunt, ſtomacho tunc ſunt difficiles. Pyra cruda ſunt flatulenta, *cocta* autem ſaluberrima, gratiſſima.

Usus. Hi fructus eſitantur crudi vel cocti. Pyra *ſylveſtria* ſunt auſtera, inde *pyraceum* paratur. Pyra *ſtrangulatoria* non niſi cocta & ſaccharo condita hyeme eduntur.

PRUNA.

Prunus domeſtica L. Pflaume. Zwetſche. *Varietates* ſunt:

α. Pruna *Damaſcena*. Damaſcener Pflaume.

β. —— *Brignola*. Prunellen. *Pruneola* ſeu *Prunella*.

γ. —— *cereola*. Mirabellen. *Reine Claude*.

δ. —— *cera*. Gelbe Pflaume. Catharinenpflaume. Spenling.

ε. —— *pertigona*. Schwarze ſeu Spaniſche Pflaumen.

ζ. —— *præcocia*. Frühe Pflaume. Flubern.

Odor drupæ debilis. Sapor acidulo-dulceſcens. Varietas fructu flavo dulcior, aquoſior.

Virtus nutriens, refrigerans, eccoprotica, hinc conſtipatis utilis. Copia nimia ſumptus fructus facile in ventriculo corrumpitur.

Usus. Eſitantur prunæ tempore æſtivo autumnali & integræ vel crudæ vel enucleatæ & coctæ. Eodem modo comeduntur ſiccatæ tempore hyemali. *Prunellæ* ad nos ſiccatæ veniunt & cibum ſiſtunt refrigerantem, reficientem, ſitim moderantem, febricitantibus exoptatum.

PRUNUS

PRUNUS PADUS.

PRUNUS Padus L. Schwarze Vogelkirſche. Faulbeer.

ODOR drupæ nullus. SAPOR ingratus, ſubnauſeoſus.

USUS. Ruſticorum pueri has drupas interdum cum ſale comedunt. Norvegi fructus contuſos cum vino miſcent, unde gratus vino conciliatur ſapor.

PRUNUS VIRGINIANA.

PRUNUS virginiana L. Virginiſche Kirſche.

USUS. Fructus ruber cum Pruno Pado convenit, ſed major & gratior eſt.

PRUNUS AVIUM.

PRUNUS avium L. Gemeine Vogelkirſche. Schwarze Waldkirſche.

ODOR nullus. SAPOR ſubdulcis. Creſcunt ſponte in ſylvis.

USUS. A pueris ruſticorum eduntur. *

CYNOSBATUS.

Fructus *ROSÆ caninæ L.* Hanbutten. Hekenroſenbeere.

ODOR baccarum maturarum fere nullus. SAPOR acidulus. Pulpæ *coctæ* ſapor acidior. Baccæ hæ aculeis occultis maſticatæ pueris offenſæ.

---

* *Cel.* LOESELIUS *Fl. Pruſſ.* p. 42.

Virtus pulpæ coctæ nutriens, refrigerans, eccoprotica.

Usus. Baccæ bene maturæ, ſiccatæ & probe exacinatæ dant *Roob cynosbati*, quod additis paſſulis vel pruneolis & ſaccharo gratum embemma vel intinctum ad carnes feras præbet.

E baccis *ſiccatis* etiam juſcula parantur. Et e *petalis* deſtillatur aqua ſuaveolens, cujus uſus etiam varius in re cibaria apud ſuecos eſt.

CERASUM DULCE.

Phunus Ceraſus dulcis L. Kirſche. *Varietates* plures ſunt:

α. Ceraſum *nigrum*. Schwarze Kirſche.

β. ——— *avium*. Waldkirſche vide Prunus *avium L.*

γ. ——— *cordatum*. Herzkirſche. Bunte-Kirſche. Knorpelkirſche.

δ. ——— *hiſpanicum*. Spaniſche Kirſche.

ε. ——— *aqueum* vel *vitreum*. Waſſerkirſche. Glaskirſche.

ζ. ——— *album*. Weiſſe ſeu Eyerkirſche.

Odor nullus. Sapor dulciſſimus.

Virtus refrigerans, ſolvens, ſed nimia copia ingeſtus fructus facile in ventriculo corrumpitur.

Usus. Comeduntur hi fructus integri, crudi vel cocti, nec non tempore hyemali ſiccati. Rejiciantur nuclei ne in inteſtinis congregati obſtructionem alvi vel ileum cauſent.

FRAGUM.

FRAGARIA veſca L. Erdbeer. *Varietates* ſunt:
α. Fragum *hortenſe.* Gartenerdbeere. Pröbſtling.
β. ——— *pratenſe.* Wieſenerdbeere.
γ. ——— *chilonenſe.* Chiliſche Erdbeere. Rieſenerdbeere.

ODOR baccæ fragrans, ſuaveolens, gratiſſimus. SAPOR leniter acidulus, odori congruens. Fraga *pratenſia* & *chiloneſia* minus odora & magis aquoſa ſunt. Baccæ recentes intra unum alterumve diem facile corrumpuntur.

VIRTUS ſubrefrigerans, eccoprotica, diuretica, copia vix nocens, urinam odore violaceo imbuens, humores acres infringens, concretiones tartareas ſolvens, hinc arthriticis, podagricis, * calculoſis & phthiſicis utilis cibus. **

USUS. Hæ baccæ eduntur crudæ vel vino aut lacte commixtæ.

MORUM NIGRUM.

MORUS nigra L. Schwarze Maulbeer.

ODOR baccarum vix ullus. SAPOR acidulus inſimul in ſaporem cucumerinum dulciſſimum incidens.

VIRTUS refrigerans, ſolvens.

---

* *Ill.* LINNÆUS baccis recentibus copioſe quotannis comeſtis, per plures annos a podagra prorſus ſe liberum evaſiſſe dicit. Aſſerit ſimul baccas has tartarum dentium egregie ſolvere.

** *Ill.* HOFFMANN.

Usus. Baccæ comeduntur crudæ. Roob mororum in febribus, aphthis, & angina conducit.

MORUM RUBRUM.

Morus rubra L. Rothe Maulbeer.

Usus. Fructus eſt præcedenti longior, & magis adſtringens.

MORUM ALBUM.

Morus alba L. Weiſſe Maulbeer.

Odor vix ullus. Sapor ſubfatuus, dulcis, cucumerinus.

Usus ob fatuam dulcedinem plerumque negligitur.

U V A.

Vitis vinifera L. Weinbeer. Weintraube.

Odor baccarum nullus. Sapor vel dulcis vel acidus vel moſchatus. *Color* pelliculæ mox viridis, mox rubellus, mox cœruleus vel brunus, vel flavus. *Figura* aliis oblonga, aliis globoſa.

Virtus nutrins, impinguans carne laxa, ſitim mitigans, blanda vi ſaponacea ſolvens, calorem & putredinem temperans.

At ſi nimia copia hi fructus debiliori ingerantur ventriculo, tunc fermenteſcunt, colicam flatulentam & non raro diarrhæam vel alvi conſtipationem inducunt. Ex fructu maturo *vinum*, ex immaturo, qui *Agreſta* vocatur *Omphacium* paratur, de quibus ſuo loco dicetur.

Uvæ paſſæ ſeu *Paſſulæ majores.* Groſſe Roſinen. Zybeben, ſunt uvæ ſole vel alio artificio ſiccatæ.

Usus. Uvæ recentes comeduntur crudæ. *Acini* qui multos generant flatus ut & pelliculæ, quæ non digeruntur, exſpui debent. Uvæ fumatione aliquantum ſiccatæ in loco temperato in ſeram hyemem usque ſervari poſſunt.

Paſſulæ majores eduntur frequentiſſime in bellariis cum amygdalis dulcibus; Adduntur etiam placentis & embemmatibus carnium. Infantes modice uvis paſſis veſci debent, ne ſaburra mucoſa, quæ vermium generationi favet, naſcatur.

UVA CORINTHIACA.

Vitis apyrena L. Kleine Weinbeer.

Odor debiliſſimus. Sapor acidulo-dulcis.

Virtus nutriens, refrigerans, eccoprotica.

Usus. Hi fructus rarius crudi eduntur, ſed exacinati & ſole ſiccati ſub nomine *paſſularum minorum* ſeu *Corinthiacarum*, Weinberl ſeu kleine Roſinen, cibis & panificiis quibusdam admiſcentur.

BACCÆ SAMBUCI.

Sambucus nigra L. Hollunder-Beere.

Odor baccarum debilis, ſubnauſeoſus. Sapor acidulus.

Virtus nutriens, eccoprotica, diaphoretica.

Usus. Baccæ in pultem coctæ & ſaccharo dulcificatæ comeduntur.

RUBUS IDÆUS.

Rubus idæus L. Himbeere.

Odor baccarum fragrans, ſuaveolens, gratiſſimus. Sapor grate acidulus, odori congruus. Varietas *baccis albis* dulcior eſt, ſed ſæpius hæ baccæ larvis ſeu vermiculis ſcatent.

Virtus nutriens, refrigerans, analeptica, concretiones tartareas ſed minus quam fraga ſolvens.

Usus. Hæ baccæ crudæ vel ſaccharo conditæ eduntur. In culinis Gelatina, conditum & Roob ſapidiſſimum e baccis paratur.

RUBUS ARCTICUS.

Rubus arcticus L. Nordländiſche Himbeer. Ackerbeere.

Odor baccarum fragrans, ſuaveolens, vinoſus, gratiſſimus. Sapor aromaticus nonnihil acidior baccis rubi idæi. Hæ baccæ inter ſapidiſſimos fructus numerantur.

Virtus refrigerans, analeptica, æſtum febrilem bene temperans.

Usus. Baccæ ſaccharo vel melle conditæ menſis ſecundis in Succia apponuntur. Vino impoſitæ gratiſſimum conciliant ſaporem.

RUBUS FRUTICOSUS.

Rubus fruticoſus L. Brombeer.

Odor baccarum nigrarum gratus; Sapor acidus, gratus, cum vino gratiſſimus.

VIRTUS præcedentis.

USUS prioris. Studioſe attendendum eſt, ne infantes ex errore loco harum baccarum *baccas Belladonæ*, quæ venenatæ ſunt, decerpant.

RUBUS CÆSIUS.

RUBUS cæſius L. Bocksbeer.

ODOR baccarum nigrarum rore cœruleſcentium & SAPOR ut rubi fruticoſi.

VIRTUS præcedentis.

USUS. Baccæ crudæ ſapidiſſimæ, præſertim vino rubro infuſæ. Roob ſuccedaneum Mori.

RUBUS SAXATILIS.

RUBUS ſaxatilis L. Steinbeer. Felſen-Himbeer.

ODOR baccarum gratus, at SAPOR præcedentibus Rubis magis aquoſus, minus ſapidus.

USUS. Solis fere pueris in Suecia leguntur hæ baccæ.

RUBUS CHAMÆMORUS.

RUBUS Chamæmorus L. Multbeer.

ODOR baccarum vix ullus, niſi apud baccas ſupermaturas & tunc debilis, ſubingratus, minime aromaticus. SAPOR acidulus, ſimul incidens in lac bubulum coagulatum & vappidum.

VIRTUS refrigerans, antiſcorbutica, humectans, hæmoptoicis & phtyſicis utilis cenſetur.

USUS. Baccæ maturæ coquuntur, ut inde brodium fiat, cui poſtea absque ulteriore coctione baccæ ſub-

maturæ immittuntur, ſic in vaſis ligneis per totam hyemem ſervari poſſunt. Baccæ ſic conditæ frequentiſſima acetaria hyberna in Suecia ſunt. Lappones baccas ſub nive ſepultas diu recentes ſervant.

RUBUS OCCIDENTALIS.

Rubus occidentalis L. Virginianiſche Himbeer.

Odor gratus. Sapor gratior quam rubi cæſii & fruticoſi.

Virtus & Usus idem.

FRUCTUS AQUEO-DULCES.

MELO.

Cucumis Melo L. Melone. Zuckermelone.

Odor ſuaveolens. Sapor dulceſcens, aquoſus, ſapidus in cucumerinum quandoque incideris. Dantur qui in externa ſuperficie *reticuloſi*, alii, qui *tuberculoſi* ſunt, hi *Cantalupæ* vocantur, & ſapidiſſimi ſunt.

Virtus nutriens principio dulci, refrigerans, ſitim tempore æſtivo bene exſtinguens, hecticis, * & ſcorbuticis ſaluberrimus fructus. At pro debili ſtomacho eſt difficilis digeſtionis, & facilis corruptionis. Hinc febrem quartanam & diarrhæam, mictum copioſum producit. ** Copioſe ingeſtus carnes

* Borelli *Hiſtor. & obſerv. Cent.* IV. *obſ.* 70.

** Arbuthnoth *von den Eigenſchaften der Speiſen.* 2. *Th. p.* 5.

laxas generans & ad febres intermittentes diſponens.

Usus. Fructus maturus cum vel ſine ſaccharo editur crudus, quibusdam placet additio piperis, cinamomi, imo tabaci hiſpanici.* *Immaturus* conditur ſaccharo vel aceto pro bellariis.

DUDAIM.

Cucumis Dudaim L. Apfelmelone.

Usus. Fructus meloni ſimillimus, ſed vix citri magnitudinem habens, at ſapore & odore melonem longe antecellit.

CITRULLUS.

Cucurbita Citrullus L. Waſſermelone.

Odor debilis. Sapor pulpæ dulceſcens, ſubcucumerinus, aquoſus, frigidus, quaſi conglaciatus.

Virtus nutriens, refrigerans, humectans, calorem æſtivum & ſitim temperans. Fructus nimia copia ingeſtus colicam flatulentam provocat. Si in ejus eſu excedatur facile oritur cholera, dyſenteria, hydrops. **

Usus. Fructus bene maturus editur crudus. In regionibus calidis utiliſſimus fructus. Si calidiſſimæ Indiæ habitatores hocce fructu deſtituerentur, æſtu ſolis facile perirent.

* *Cel. De* Haen *rat. med. cont.* T. 2. p. 44.

** Labat *Reiſe nach Spanien und Welſchland. 6. Th.*

PEPO.

Cucurbita Pepo L. Kürbis. Plutzer. Pfebe.

Odor vix ullus. Sapor pulpæ debilis, fatuus, ſubdulceſcens, in melonis ſaporem obſcure incidens.

Virtus nutriens, bonos generans ſuccos, at carnes laxas. Fructus jam putreſcens colicam & vomitum veneni inſtar cauſavit. *

Usus. Fructus crudus non comeditur, ſed coquitur in obſoniis vel puls hinc conficitur cum lacte, butyro, vino & pipere. Eſt pauperum & ruſticorum eſca.

CUCURBITA LAGENARIA.

Cucurbita lagenaria L. Flaſchen-Kürbis.

Odor nullus. Sapor pulpæ amarus.

Virtus pulpæ purgans.

Usus. Pauperes in Aegypto pulpam aceto conditam coquunt & edunt. * Ex duro tegmine hujus fructus cochlearia, infundibula, lagenæ, ampullæ &c formantur in commoda præcipue peregrinantium, qui liquida aliaque neceſſaria horum auxilio commode transferunt.

FICUS.

Ficus Carica L. Feige.

---

* *Cel.* Hautesierk *Samml. med. und chirurgiſcher Wahrnehm.* 1. *B. p.* 179.

** *Cel.* Hasselquist's. *Reſa* p. 448.

Odor fructus recentis vix ullus. Sapor dulcis, in cucumerinum leniter incidens. *Odor* caricæ *ſiccæ* ſubunguentarius. *Sapor* dulcis, melligenus, gratus maſticatione glutinoſus. *

Virtus nutriens, impinguans carne laxa, emolliens, pectoralis, eccoprotica. Gravidis & hydropicis ob vim eccoproticam utilis. Nimius ficuum eſus gingivas corrumpere, ſudorum fœtidum & ſcabiem cauſare ſcribitur. ** Fructus *immaturus*, lacteus, conſetur venenatus.

Usus. Fructus recentes & ſiccati eduntur crudi.

FICUS SYCOMORUS.

Ficus Sycomorus L. Pharaoniſche Feige.

Odor nullus. Sapor gratus, mollis, aqueo-dulcis, ſubaromaticus.

Virtus & Usus præcedentis.

DACTYLUS.

Phœnix dactylifera L. Dattel.

Odor drupæ *ſiccæ* nullus. Sapor melligenus, dulciſſimus. Dactylorum recentium ſapor vinoſo-dulcis, gratior. Hi fructus non tota ſua ſubſtantia ut

---

* E caricis ſiccatis poſt aliquod tempus pulvis albus ſaccharatus efflorescit, ſi hoc fit, tunc ſaporem dulcem perdunt, & cum aliquo fœtore putreſcere incipiunt.

** *Amœnit. acad. Vol.* I. p. 45.

noſtri, ſed ſucceſſive ab apice verſus baſim maтureſcunt.

Virtus nutriens, edulcorans, mucum reſtituens *, pectoralis.

Usus. Fructus in India crudi apud nos ſiccati eduntur. Indiæ gentes palmicolæ vitam fere ſolis dactylis ſuſtentant & varia inde fercula atque vinum parant.

JUJUBA.

Rhamnus Zizyphus L. Rothe Bruſtbeer.. *Zyzypha.*

Odor nullus. Sapor dulcis, ſubviſcoſus.

Virtus nutriens, tuſſientibus utilis.

Usus nobis eſt in decocto pectorali.

SEBESTENA.

Cordia Myxa L. Schwarze Bruſtbeere.

Odor nullus. Sapor dulceſcens, viſcoſus.

Virtus nutriens, obvolvens, pectoralis, occoprotica ad ℥ij ingeſta.

Usus. Apud nos fructus ſiccatus pro potu pectorali adhibetur.

SILIQUA DULCIS.

Ceratonia Siliqua L. Johannisbrod. Bocks-hörndel.

---

* Tuſſis a defectu muci bronchialis vel a tenuitate acri ſanguinis orta a dactylorum principio amylaceo vel mucilagineo mitigatur.

Odor leguminis nullus. Sapor dulcis, melligenus. *Siccatæ* ſiliquæ ſapidiores quam recentes.

Virtus nutriens, expectorans, pectoralis. In ſoda & raucedine utilis.

Usus. Fructus pauperibus, & ſuibus in regionibus orientalibus porrigitur, hinc victus filii deperditi fuiſſe creditur. Gentes orientales ſucco e ſiliquis expreſſo condita ſua ſæpe parant.

EMPETRUM NIGRUM.

Empetrum nigrum L. Schwarze Felſenſtrauchbeer. Schwarze Affenbeer.

Usus. Hæ baccæ in Kamſchatka & in Suecia ſolummodo a guloſis & voracibus pueris comeduntur, juſto majori copia ingurgitatæ cephalalgiam inducere dicuntur. * Grœnlandi inde vini ſpeciem parabant.

MELONGENA.

Solanum Melongena L. Melanzonapfel.

Odor cucumerinus. Sapor acidulo-amarus, ſubcucumerinus.

Virtus nutriens, grata nec flatulenta & facilis digeſtionis.

Usus. Fructus editur præſertim a Mauritanis coctus & aſſatus. Poſt primam coctionem fructus forti expreſſione a ſucco amaro liberantur, ſæpe cum vino & ſaccharo coquuntur. Coquuntur etiam cum

* *Ill.* Linnæi *Flor. Lapp.* p. 306.

carne ut radices Napi. In India & Oriente adeo familiaris cibus eſt ut apud nos cucumeres.

LYCOPERSICUM.

SOLANUM Lycoperſicum L. Paradiesapfel. Liebsapfel. *Pomum amoris.*

ODOR nullus. SAPOR acidulus, ſubnauſeoſus.

VIRTUS nutriens, gratum ſaporem concilians. Cenſetur venenata, at ego centies ſine noxa fructum in embemma coctum comedi.

USUS; in embemma coctus fructus ad carnem bubulam comeditur.

GRANATUM.

PUNICA Granatum L. Granatapfel. *Malum granatum* ſeu *punicum.*

ODOR pulpæ nullus. SAPOR acidulus, gratus, ſubvinoſus, leniter ſtypticus.

VIRTUS pulpæ refrigerans, adſtringens leniter.

USUS. Ex ſucco expreſſo, & fermentato *Vinum granatorum* conficiunt calidarum regionum incolæ.

RIBES NIGRUM.

RIBES nigrum L. Schwarze Johannisbeer.

ODOR baccarum ſubnarcoticus. SAPOR dulceſcenti-acidulus.

VIRTUS refrigerans. Infuſum ſtipitum & foliorum in morbis rheumaticis utile.

Usus. E baccis *rooh* paratur, quod in angina utile. E baccis etiam *vinum* ſaturate purpureo-rubrum, ſpiſſiuſculum, bonum. *

Folia ribium nigrorum tenella, recentia, citiſſime in aqua calida infuſa & mox ſiccata ob fragrantem odorem & ſubauſterum ſaporem qua *ſuccedaneum* Theæ Chinenſis a quibusdam adhibetur.

RIBES ALPINUM.

Ribes alpinum L. Süſſe, ſeu Alpen-Johannisbeer.

Odor baccarum vix ullus. Sapor ſubdulcis, fatuus.

Usus. Baccæ a ſolis fere pueris leguntur.

GROSSULARIA.

Ribes Groſſularia L. Stachelbeer. Ikras.

Odor baccarum bene maturarum in baccas rubi idæi debilius incidens. Sapor gratus, dulceſcens, debilius acidulatus, ſubvinoſus. *Sapor* baccarum immaturarum acidus, adſtringens.

Virtus refrigerans.

Usus. Baccæ maturæ eduntur crudæ. Baccæ maturæ in furno *ſiccatæ* gratum ſaporem acidulum conciliant juſculis præcipue hordeatis & e Sagu. Baccæ *ſubmaturæ* in embemmatibus ad piſces & carnes etiam adhibentur.

---

* *Ill.* Bergius *m. med.* p. 156.

UVA CRISPA.

Ribes Uva criſpa L. Krausbeere. Kruſelbeer. Krauſe Stachelbeer.

Odor baccarum nullus. Sapor aquoſus, ſubdulcis, parum acidulus. *Varietas* baccis rubris & luteis parum differt.

Usus. Baccæ *maturæ* imprimis pueris ſapiunt. Baccæ *immaturæ* cum cremore lactis coctæ eduntur. Elixatæ in ampulla vitrea probe clauſa in ſeram hyemem pro acetariis aſſervantur.

FRUCTUS ACERBIUSCULI.

CORNUS.

Cornus maſcula L. Kornelle. Diendel.

Odor nullus. Sapor parum auſterus, gratus tamen.

Usus. Fructus in Auſtria frequens editur crudus.

CORNUS SUECICA.

Cornus ſuecica L. Schwediſche Kornelle.

Odor nullus. Sapor aquoſo - dulcis, ſubfatuus.

Virtus humectans.

Usus. Baccæ in Norlandia a pueris comeduntur.

MESPILUS.

Mespilus germanica L. Miſpel.

Odor baccæ nullus. Sapor fructus *immaturi* ſumme auſterus, ſtipticus, firmus. Fructus vero *matu-*

rus

rus eſt emollitus, ſaporis grati, dulc-aceſcentis, ſubadſtringentis, ſubvinoſi.

VIRTUS fructus maturi nutriens, refrigerans. Meſpili, quamdiu arboribus inſident, ſemper immaturi permanent, quare decerpti collocantur ſuper ſtramenta, ut matureſcant.

USUS. Fructus maturus editur crudus, aut ſaccharo fuſo abductus.

SORBUS.

SORBUS domeſtica L. Speyerling. Eierſchützen.

ODOR baccæ nullus. SAPOR baccæ *immaturæ* auſterus, *maturæ* ſapidus, ſubvinoſus, ſubadſtringens.

VIRTUS nutriens, obſtipans, flatulenta.

USUS. Baccæ probe maturæ eduntur crudæ.

SORBUS AUCUPARIA.

SORBUS aucuparia L. Vogelbeere. Sperberbeere.

ODOR baccarum nullus. SAPOR ſubfatuo-adſtringens.

VIRTUS præcedentis. *Succus* baccarum expreſſus dat *Cideram* grati ſaporis.

CRATÆGUS ARIA.

CRATÆGUS Aria L. Mehlbeer. Atlasbeer.

ODOR baccarum nullus. SAPOR ſuccoſo-ſubfatuus, farinoſus.

VIRTUS nutriens at flatulenta, ſero autumno matureſcens fructus, præcipue dum frigus autumnale leviter illum attigit.

Usus. Baccæ eduntur crudæ.

CRATÆGUS SUECICA.

Cratægus Suecica L. Schwediſche Mehlbeer.

Virtus præcedentis.

CRATÆGUS TORMINALIS.

Cratægus torminalis L. Elſebeer. Egelbeer.

Odor baccarum nullus. Sapor ſubacerbus, fatuus.

Usus. Baccæ eduntur crudæ.

CRATÆGUS OXYCANTHA.

Cratægus Oxycantha L. Hagedornbeer. Weisdornbeer.

Odor baccarum nullus. Sapor ſubacerbus, fatuus.

Usus. Pauperes in Germania his baccis veſcuntur crudis.

AZAROLUS.

Cratægus Azarolus L. Lazaroli.

Odor fructuum pomiformium nullus. Sapor dulcis parum adſtringens.

Usus. Fructus comeduntur crudi.

OXYCOCCUS.

Vaccinium Oxycoccos L. Moosbeer.

Odor baccarum gelu matureſcentium vix ullus. Sapor acidulus fere baccæ Vitis idææ.

Virtus. *Syrupus* vel *Mel oxycocci* refrigerans, æſtum febrilem temperans, febricitantibus utilis.

Usus. Baccæ *crudæ* ob auſteram aciditatem vix comeduntur. Baccæ vero ſaccharo *conditæ* in Suecia menſis ſecundis inter bellaria apponuntur. *Gelatina* cum ſaccharo parata gratiſſima eſt.

MYRTILLUS.

Vaccinium Myrtillus L. Heidelbeer.

Odor baccarum nigrarum rore cœruleſcentium nullus. Sapor acidulus, non ingratus; Baccæ *maſticatæ* linguam labiaque colore cœruleo-purpureo inhærente tingunt.

Virtus refrigerans, adſtringens, in diarrhæa a laxitate utilis.

Usus. Baccæ *crudæ* eduntur vel ſolæ vel cum vino rubro vel cum lacte. *Conquaſſatæ* cum juſculo vel cum embemmate coquuntur. *Succatæ* vel *toſtæ* pro hyeme ſervantur. *Succus* ad fartus culinares ſervatur in Suecia.

VITUS IDÆA.

Vaccinium Vitis idæa L. Preuſelbeere.

Odor baccarum nullus. Sapor acidiſſimus, ſubacerbus, dentes ſtupefaciens.

Virtus refrigerans, adſtringens, roborans.

Usus. Baccæ ſaccharo *conditæ*, *Roob* & *Gelatina* Vitis idææ inter bellaria menſis apponuntur.

Infuſum baccarum recentium in aqua fontana frigide paratum diu ſervatur in lagenis vitreis bene obturatis. Sapidum eſt, refrigerans, acidulum, rubrum, febricitantibus gratiſſimum.

Etiam *Vinum rubrum* e baccis paratur tempore æſtivali grate refocillans.

VACCINIUM ULIGINOSUM.

VACCINIUM uliginoſum L. Sumpfheidelbeer. Moorbeer.

ODOR baccarum extus cœrulearum intus albarum nullus. SAPOR aquoſus, ſubfatuus.

VIRTUS. Baccæ copioſius aſſumptæ interdum temulentiam cum fugaci capitis dolore excitant.

USUS. Baccæ vix æſtimantur, a ſolis pueris ruſticanis leguntur.

OLIVA.

OLEA europæa L. Oliven.

ODOR fructuum fere nullus. SAPOR fructus recentis immaturi valde acerbus, ſalſugine vero conditi ſapidus.

VIRTUS nutriens, roborans, appetitum excitans.

USUS. Fructus ſalſugine ſeu muria conditus acetarii forma frequenter comeditur.

CYDONIUM.

PYRUS Cydonia L. Quitten.

ODOR fructuum *maturorum* recentium fragrans, ſubcephalicus. SAPOR adſtringens, acidulus, vinoſus. *Immaturorum* vero auſterus. *Coctorum* cum cinamomo gratiſſimus.

VIRTUS nutriens, refrigerans, adſtringens, ſtomachi-

ca, antiputredinoſa in morbis bilioſo-putridis & ſaburra rancida utilis cibus.

Usus. Fructus maturi cum vino & cinamomo cocti comeduntur. E ſucco *gelatina* ſeu *Miva cydoniorum* paratur. Romani hæc poma odoris gratia in cubiculis ſalutatoriis ſervabant, at odor quibusdam hominibus moleſtus eſt.

ACACIA NOSTRAS.

Prunus ſpinoſa L. Schlehen.

Odor baccarum nullus. Sapor auſterus, acidiuſculus, ingratus. Hi fructus ſero autumno poſt inceptum frigus nocturnum rite matureſcunt; ſi æſtas calida anteceſſit, ſatis ſapidi evadunt.

Virtus adſtringens, refrigerans.

Usus. Baccæ raro eduntur crudæ, at *contuſæ* & vino albo impoſitæ, eidem colorem rubrum & jucundum conciliant ſaporem. *Folia* tenera leviter toſta pro infuſo *ſuccedaneo* Theæ Chinenſis inſervire poſſunt.

MYROBALANUS.

Phyllanthus Emblica L. Mirobalanen.

Odor fructus nullus. Sapor adſtringens, ſubacris.

Virtus purgans & roborans uti Rheum.

Usus. Purgandi ſcopo fructus quidam edi poſſunt.

UVA URSI.

Arbutus Uva urſi L. Bärentraube.

Odor baccarum nullus. Sapor fatuus, adſtringens.

Virtus calculoſis utilis. *

Usus. Baccæ etſi fatui ſaporis a Ruſſis & Jacutis tamen avide comeduntur. * *

ARBUTUS UNEDO.

Arbutus Unedo L. Erdbeerbaumfrucht.

Usus. Fructus ſiccus, ſubfatuus, obſtipans, magnitudine pruni.

ARBUTUS ALPINUM.

Arbutus alpinum L. Alpen = Erdbeerbaum=frucht.

Usus. Fructus cœruleus, fatuus, ſaporis fere Rubeos nigri, vix Lapponibus gratus, cervis relinquendus.

FRUCTUS OLEOSI.

AMYGDALA DULCIS.

Amygdalus communis dulcis L. Süße Mandeln.

Habentur amygdalæ cum putamine *molli* Krackmandeln, & cum putamine *duro* hartſchaligte Mandeln.

Odor nucleorum debilis. Sapor dulceſcens, mitis, ſubpinguis. Nuclei pars dimidia oleum eſt blandum.

---

* Baccæ maturæ in pulverem redactæ a ℈β ad ʒβ contra calculum datæ. *Ill.* Murray. *app. med.* T. 2. p. 68.

** *Cel.* Gmelin *Flor. Sibir.* T. 4. p. 118.

VIRTUS valde nutriens, acria obvolvens. Infuſionis ope in aqua fervida epidermis bruna facile a medulla nuclei ſeparatur, hæc enim fauces vitiat, raucedinem ac tuſſim producit.

USUS. Nuclei eduntur recentes vel ſiccati. Nucleus *toſtus* Coffeæ modo paratus pro potu ſuccedaneo Coffeæ adhibetur. Ex amygdalis decorticatis cum ſaccharo & aqua roſarum in pulmentum redactis paratur *Panis Martius* vel *Paſta regia.* Marzipan. Denique *Placentæ*, *Tortæ*, *amygdalæ ſaccharatæ albæ* ut & *toſtæ.* Multiplex denique eſt amygdalarum dulcium uſus pro cupediis culinaribus & pro *emulſione.* Vide *Emulſio.*

Paſta ex amygdalis contuſis internæ ſuperficiei amphorarum illita facit ut aqua turbida citius clarificetur. V. *Aqua turbida.*

AMYGDALA AMARA.

AMYGDALUS communis amara L. Bittere Mandeln.

ODOR nucleorum debilis. SAPOR amaricans.

VIRTUS. Saporis gratiam in præparatis amygdalinis auget. *Emulſio* ex amygdalis amaris febrem intermittentem curat. * Nuclei multis animalibus ſunt venenum; ebrietatis vinoſæ cenſentur eſſe remedium.

USUS. Amygdalæ quædam amaræ dulcibus additæ emulſiones & cupedias amygdalinas reddunt ſapidiores & gratiores.

* *Ill.* BERGIUS *mat. med.* p. 410.

AVELLANA.

Corylus *Avellana L.* Haſelnuß.

Varietas habetur:

α. Avellana Fructu rotundo, *albo* gemeine Haſelnuß.

β. ——— Fructu oblongo *rubente* Bartnuß, vel Lambertsnuß, quia circa Lamberti diem matureſcit.

γ. Avellana *Byzantina* Türkiſche Haſelnuß, ceteris avellanis dulcior & præſtantior eſt, diutius conſervatur & raro carioſa fit.

Odor nucleorum nullus. Sapor ſubdulceſcens, aquoſior tamen quam in juglande.

Virtus nutriens, obtundens. *Pellicula* nucleum inveſtiens ſiccans & adſtringens eſt, ideo tuſſiculam cum faucium ſtrictura anheloſis & aſtmaticis excitat.

Usus. Nuclei recentes detracta pellicula, & ſiccati cum pellicula eſitantur.

JUGLANS.

Juglans regia L. Wallnuß.

Varietates juglandis ſunt:

α. Nux juglans *vulgaris*. Gemeine Wallnuß.

β. —— ——— *fructu maximo*. Große Wallnuß, bonitate priori cedit.

γ. —— ——— *putamine fragili*. Dünſchälige Wallnuß.

δ. —— ——— *bifera* Doppelte Wallnuß.

3. Nux juglans *fructu ſerotino.* Spat reifende Wallnuß.

Odor nucleorum maturorum nullus. Sapor ſubdulceſcens. *Pelliculæ* obvelantis ſtipticus.

Virtus nutriens, obvolvens, anthelmintica.

Usus. Nuclei recentes detracta pellicula eduntur; hæc enim acris eſt & fauces irritat. Nuclei ſiccati quibus hæc detrahi nequit, cum pane ſecalino ſapiunt. *Condita juglans* bonum roborans ſtomachicum eſt.

PISTACIA.

Pistacia vera L. Piſtazie. Pimpernuß.

Odor nucleorum nullus. Sapor amygdalinus, dulceſcens, ſubpinguiuſculus, ſubbalſamicus.

Virtus nutriens, obtundens, emolliens.

Usus. Nuclei eduntur crudi, cum vitulina vel gallinacea carne aſſati aut elixi. Etiam varias cupedias culinares ingrediuntur.

PINEOLÆ vel PINEOLI.

Pinus Pinea L. Zirbelnüße. Pinien.

Odor nucleorum nullus. Sapor dulcis, oleoſus.

Virtus nutriens, obvolvens.

Usus. Pineæ & Piſtaciæ amygdalas ob majorem olei copiam nutriendi facultate ſuperant.

NUX FAGI.

Fagus ſylvatica L. Buchekern. Buchcicheln.

Odor nucleorum nullus. Sapor debilis, vix dulceſcens.

Virtus nutriens, at nucis crudæ cephalalgiam & temulentiam inducens, nux uſtulata non nocet, quibus ſtomachus robuſtus.

Usus. Nuclei *uſtulati* more caſtaneorum eduntur.

His nucibus ſues vulgo ſaginati valde pingueſcunt, ſed lardum mollius evadit & inter elixandum haud parum liqueſcit.

NUX CEMBRÆ.

Pinus Cembra L. Cembernüße.

Odor nullus. Sapor piſtaciæ.

Usus. Nuclei ut piſtacia comeduntur & loco amygdalarum ad varias cupedias adhibentur. *

ANACARDIUM OCCIDENTALE.

Anacardium occidentale L. Abendländiſche Elephantenlaus.

Odor receptaculi maturi ſuavis. Sapor teſtæ cauſticus, os inflammans, at ſapor nuclei gratus ut amygdalæ dulcis.

Virtus nutriens.

Usus. In Indiis, ubi hæc nux recens occurrit, maxime expetitur. Hæc faba carbonibus injicitur donec exterius putamen, quod acre eſt, debiſcat & ſeparari poſſit.

---

* *Cel.* Schreber *oeconom. Samml.* I. *Th.* p. 164.

ANACARDIUM ORIENTALE.

ANACARDIUM orientale L. Morgenländiſche Elephantenlaus.

VIRTUS, quæ in præcedente ſpecie monui, hic quoque notanda veniunt.

CASTANEA DULCIS.

FAGUS Caſtanea L. Caſtanie. Köſten.

ODOR nucum nullus. SAPOR dulceſcens, ſicciuſculus. Torculari preſſæ nullum oleum ſed liquorem fundunt, qui fermentationem vinoſam ſubit.

Optima varietas eſt *Caſtanea ſativa* ſeu *Marona.* Maronen.

Caſtanea *equina* Ros - Caſtanie, quæ circa Conſtantinopolim creſcit, vilioris notæ eſt.

——— *pumila* Amerikaniſche Caſtanie, quæ magnitudinem nucis avellanæ habet, gratiſſimo dulci ſapore gaudet.

——— *ſylveſtris* Wilde Caſtanie, ob duritiem & auſteritatem non edulis eſt.

VIRTUS nutriens, flatulenta, alvum conſtipans, digeſtu difficilis.

USUS. Nuces coctæ, vel uſtulatæ pericarpio coriaceo detracto eduntur. Adduntur braſſicæ cœruleæ, ut ejus vim laxantem frangant. *Genuenſes* & incolæ *tractus Cemmenii*, quibus frumenti inopia eſt, ex caſtaneis pulpam præparant, qua panis loco veſcuntur. Hæc pulpa grati ſaporis, at ob compactam indolem difficillimæ digeſtionis eſt.

CACAO.

Theobroma Cacao L. Cacaubohne.

Odor vix nullus, niſi nuclei *toſti* & tunc debilis. Sapor pinguiuſculus, leniter ſubadſtringens, amaricans, ſatis gratus.

Virtus nutriens, leniter adſtringens, aphrodiſiaca.

Usus. Nuclei toſti ad præparationem chocolatæ adhibentur. Vide *Chocolata.* Caro pulpoſa fructus edulis eſt. *Semina* nondum matura ſaccharo condita comeduntur. *

TRIBULUS AQUATICUS.

Trapa natans L. Waſſernuß.

Odor nullus. Sapor nuclei recentis dulceſcens, ad caſtaneam accedens. Fructus ſub aqua creſcens ab hyemis frigore conſervatur.

Virtus nutriens, alvum conſtipans, digeſtu difficilis.

Usus. Nucleus editur aſſatus. Venetiis ſub nomine *Nucum Jeſuitarum* in foro venditur.

FRUCTUS VALDE EXOTICI.

Fructus huc refero, noſtris regionibus pleniſſime ignotos, quibus Natura calidiſſimarum climatum menſas ditat.

Hi fructus noſtris communiter longe majores, dulciores, ſapidiores & ſolis calore melius cocti repe-

* *Cel.* JACQUIN *obſerv. botan. pars* I. *p.* 2.

riuntur. Hinc corpus egregie nutriunt, refrigerant, gulam gratiſſime irritant, putredinem bilis & humorum æſtu timendam arcent, ideo climatibus calidis perfecte conveniunt.

MUSA.

Musa paradiſiaca L. Piſang. Paradies-Muſe.

Usus. Fructus ſubfarinoſo-viſcoſo-dulcis, ac ſi toſta poma cum ſaccharo & butyro quis guſtaret. Decorticatus fere absque maſticatione in ore facile liqueſcens, infantibus & ægrotis cibus innoxius.

BANANA.

Musa Sapientum L. Banane. Bananen-Muſe.

Usus. Cibus vulgaris nigritorum. Fructus vero avidius ingeſtus, præſertim ſi magna copia aquæ deſuper potetur, dyſenteriam excitare dicitur, * quam ſpiritus frumenti & Banana toſta & calida adhuc comeſta curat.

ANNONA.

Annona Jacca L. aliæque ſpecies. Annona.

---

* *Cel.* Schöler *diſſ. ſiſtens obſervationes ſuper morbis ſurinamenſium.* 1781. *Götting.* p. 27. ſaltem dicit: interim „ notari quoque eos non dyſenteria correptos eſſe, qui „ fructibus his ingeſtis ſtatim ſpiritum frumenti vel ſi„ miles liquores ſuperbibebant: & hac ratione ibi multi „ hunc morbum avertere ſolent. Dyſenteria ab acrimo„ nia acida horum fructuum oriri videtur.

Usus. Magnus hicce fructus, in ore pinguedinis inſtar difluens, copia vix nocens, Indis frequentiſſimus eſt cibus, qui ab illis non immerito inter delicias refertur. Quædam Annonæ peculiari indigent præparatione antequam eduntur.

MANGOSTANA.

Garcinia Mangoſtana L. Mangopflaume.

Usus. Fructus dulciſſimus, omnium Indiæ fructuum gratiſſimus, ſaluberrimus, nec ægrotis noxius. Imo, qui omnem cibum faſtidiunt, Mangoſtanam tamen appetunt.

GUAJACANA.

Psidium Guajacana L. Gwajawen. Cujavafrucht.

Usus. Fructus aliquantum ſiccus, ſapore rubo idæo ſimilis, obſtipans nonnihil. Editur etiam aſſatus cum ſaccharo.

DILLENIA.

Dillenia indica L. Oſtindiſche Roßapfelfrucht.

Usus. Fructus acidiſſimus, refrigerans Limoniorum inſtar, ſitim oryzæ meſſoribus feſſis in India exſtinguens.

CHRYSOPHYLLUM CAINITO.

Chrysophyllum Cainito L. Sternapfelfrucht.

Usus. Fructus gratiſſimus, aphrodiſiacus, in menſis ſecundis Indorum frequentiſſimus.

CHRYSOBALANUS ICACO.

Chryſobalanus Icaco L. Cacoapflaume. Ikakopflaume.

Usus. Fructus ſapore Pruni domeſticæ, caute aſſumendus, nam facile corrumpitur.

GENIPA AMERICANA.

Genipa amaricana L. Amerikaniſche Genipa-Beere.

Usus. Fructus ſubacidus, ſuaveolens, gratus. Rarius autem comeditur, ora enim atro inficit colore, intra xvi dies vix abluendo. Hinc etiam Indi militantes faciem ſucco hujus fructus tingunt, ut inimicis feroces appareant.

MORINDA.

Morinda Royoc L. Indianiſche Maulbeer.

Usus. Fructus Indis placet, vix vero Europæis. Indi e radice hujus plantæ ſibi atramentum parant.

MORINGA.

Guilandina Moringa L. Moringabaumfrucht.

Usus. Fructus per totam Indiam obvius, in fruſta conſciſſus juri carnium vel calappi lymphæ incoctus editur.

MALUM INDICUM.

Rhamnus Jujuba L. Indianiſche Jujubenaepfel.

Usus. Fructus inſtar parvorum prunorum, dulcis cum

pauca adſtrictione, comeditur crudus in India. Exſiccari atque in alias regiones transferri ſe non ſinunt uti jujubæ vulgares.

MOMBIN.

Spondias Mombin L. Mompin.

Usus. Fructus acris, ſubcorroſivus, ſale muriatico maceratus editur.

DIOSPYROS.

Diospyros Kaki L. Kakiaepfeln.

Usus. Japonenſibus ob gratum ſaporem Pomorum frequens cibus, at cum fructus facile corrumpatur, hinc ſimul legendus & edendus. *

MAMMEA.

Mammea americana & *aſiatica* L. Mammey-Pferſche.

Usus. Fructus maximus, gratiſſimus, Perſicarum ferme gaudens ſapore.

OCHNA JABOTAPITA.

Ochna Jabotapita L. Jabotapitafrucht.

Usus. Fructus cœruleus, ſapore Myrtilli ſubadſtringens, labia cœrulea reddens, unde etiam negligitur.

OPUNTIA.

Cactus Opuntia L. Indianiſche Feige. *Ficus indica.*

* Kæmpf *amœnit.* p. 85. t. 86.

Usus.

Usus. Fructus ruber, diureticus, urinam rubram, quaſi ſanguinolentam reddens.

JAMBOS.

Eugenia Jambos L. Jambuſen. Jambueyer.

Usus. Fructus odorus, tener, dulcis, ſubacidus, ab initio prandii frequenter adhibetur. Manducatur integer, at ſucco deglutito pars fibroſa exſpuitur.

COCOS NUCIFERA ſeu CALLAPPI.

Cocos nucifera L. Kokosnuß. Indianiſche Nuß. *Calappi.*

Usus. Fructus maximus, in quo caro nuclei eſculenta eſt. Nucleus cavus ſucco dulci copioſo ad aliquot libras fere gaudet, qui *lac cocos* dicitur & ſitim egregie peregrinantibus exſtinguit. *Medulla Calappi*, germanis Liplap dicta ob olei copiam nutriens, aphrodiſiaca, refrigerans & ſaporis jucundi eſt. *Cortex* interior, mollis aceto, ſale & oleo conditus forma acetarii comeditur. Ex cortice hoc Indi etiam lac coquunt, in quo olera, piſces, aut oryzam coquunt.

COCOS BUTYRACEA.

Cocos butyracea L. Butter-Kokosnuß. *Palma oleoſa.*

Usus. Ex fructu hujus palmæ decoctionis ope oleum elicitur flavum, conſiſtentiæ butyraceæ, quod

Indianis in uſu diætecico pro cibis eſt. Eo ole
Nigritæ totum circumliniunt corpus.

J A C A P U C A Y A.

Lecythis Ollaria L. Topfbaumnuß.

Usus. Fructus ollis vel lagenis ſimilis, nuces amyg dalis paulo majores, piſtaciis ſapore reſponden tes includit, quæ toſtæ comedi ſolent,

C A T A P P A.

Terminalia Catappa L. Catappebaumnuß.

Usus. Nuclei, qui ſaporem Avellanæ habent, in *Ba tavia* & Bonda comeduntur.

G N E M O N.

Gnetum Gnemon L. Gnemonbaum-Nuß.

Usus. Nux ſicca & dura elixatione emollita frigitu inſtar fabarum. Saporem habet dulcem aquoſum cum leni auſteritate. Fructus dulcis etiam editu ſed aqua coctus.

C A N A R I U M.

Canarium commune L. der gemeine Canarien-baum.

Usus. Dulces hujus arboris nuclei incolis Indiæ orien talis nutrimento quotidiano inſerviunt. Nimis re centes & crudi nimia copia ingeſti diarrhæas & dyſenterias inducunt, niſi parum ſalis addatur & fumo ſiccentur. Optimum præbent nutrimentum trans mare navigantibus, quum diu incorrupt

poſſint ſervari. Vetuſti vero nuclei, in quibus oleum jam corrumpitur, rancidi & ſicciſſimi ſunt.

SOLANUM MONTANUM.

Solanum montanum L. Bergpapa.

Usus frequens eſt apud Indos, qui hac radice in jure & embemmate veſcuntur.

CHATE.

Cucumis Chate L. Türkiſche Gurken.

Usus. Fructus aquoſus, dulceſcens, frigidiuſculus, delicium magnatum Mahometanorum; More cucumeris noſtri ſativi præparatur.

PETOLA.

Cucumis acutangulus L. gemeine Petole.

Usus. Fructus, qui formam cucumeris habet, quotidianus plebi cibus eſt in Amboina & China; teneri hi cucumeres ſylveſtres cum jure piſcium aut Callapi lympha cocti eduntur.

STRYCHNOS POTATORUM.

Strychnos potatorum L. Nuß der Waſſertrinker. *Atsjar.*

Sapor fructus primnm dulcis, poſtea amarus & adſtringens. Fructus maturus & immaturus ſale & aceto conditus Bengalæ ſub nomine *Atſchier* in tabernis venditur.

Usus. Singularem habet qualitatem aquas a terra argillacea vel calcarea turbidas purificandi. Aqua in vaſe fictili recepta, hac nuce trita, intra pauca momenta præcipitatur & puriſſima fit.

SOJA.

Dolichos Soja L. Sojabohne.

Odor fructus exacte ut Roob ſambnci. Sapor ſalſus, obſcure pinguiuſculus, in Roob ſambuci incidens.

Virtus fructus conditi appetitum excitans.

Usus. Chinenſes ex his fabis coctis & in lixivio ſalino maceratis præſtantiſſimum carnis elixatæ condimentum parant. Etiam in Suecia jam Soja in menſis opulentorum embemmatibus carnium & piſcium admiſcetur. *

DOLICHOS TETRAGONOLOBUS.

Dolichos tetragonolobus L. Vierwinklichte Bohnen. *Lobus quadrangularis.*

Usus. Teneræ & virides ſiliquæ, quum vix fabas formaverint, in brevia ſegmenta ſciſſæ cum jure quodam pingui elixatæ in cibum ab Indis adhibentur.

DOLICHOS SINENSIS.

Dolichos ſinenſis L. Chineſiſche Bohnen.

---

* *Ill.* Bergius *m. m.* p. 606. & *Schwed. Abhandl.* 25. *Theil.*

Usus. Virides ſiliquæ in ſegmenta, quæ *conchides* dicuntur, ſciſſæ in aqua coctæ & dein jure pingui imprægnatæ delicatum præbent Indis cibum.

DOLICHOS LIGNOSUS.

Dolichos lignoſus L. Indianiſche Bohne. *Cacara. Phaſeolus perennis.*

Usus. Siliquæ virides in conchidas ſciſſæ vulgaris Indorum cibus ſunt, ſed multo vilioris deprehenduntur ſaporis quam phaſeoli Europæi & pingue carnium jus pro embemmate requirunt.

DURIO.

Durio Zibethinus L. Durione.

Usus. Fructus gratiſſimus, ſubgraveolens præcipue inaſſuetis, calefaciens, aphrodiſiacus; Copia licet ſumptus vix unquam ſe ſatis habuiſſe peregrinatores dicunt. Si vero noxam infert, tunc Piperis folium comedunt.

PAPAIA.

Carica Papaia L. Papaja.

Usus. Fructus magnitudine Melonis, ſolidus, denſus, colore ovi vitelli, gelatinoſus, fatue dulcis, Indis gratiſſimus, editur decorticatus cum carnibus coctus.

AVERRHOA ACIDA.

Averrhoa acida L. Saurer Averrhoeapfel.

Usus carambolæ.

BILIMBI.

AVERRHOA Bilimbi L. Bilimbiapfel.

Usus. Fructus omnium acidiſſimùs, dentes illico acerbe ſtupefaciens, ſed quod mirum dentes ab alio acido ſtupefacti illico ſenſationem naturalem recuperant a morſu hujus pomi. Indi hoc fructu ob immanem aciditatem non veſcuntur crudo, ſed ſaccharo bene condito. Succum adhibent pro embemmatibus ad carnes & piſces. Hoc ſucco etiam maculas ex linteo vel panno delent.

CARAMBOLA.

AVERRHOA Carambola L. Carambolaapfel.

Usus. Fructus maturus ſapore acido vinoſo inſtructus, refrigerans, ſiti exſtinguendæ aptiſſimus.

MALPIGHIA.

MALPIGHIÆ ſpecies variæ *L.* Malpigiſche Beere.

Usus. Fructus ſapore ceraſi acidi gaudet, frequentiſſime ab Americanis in menſis ſecundis adhibetur.

MELASTOMA.

MELASTOMÆ variæ ſpecies *L.* Schwarzmund.

Usus. Fructus cœruleus, figura & ſapore Groſſulariæ ſimilis ora comedentium aterrimo intra 14 dies non delendo colore inficit.

PODOPHYLLUM.

PODOPHYLLUM peltatum L. Mayapfel.

Usus. Fructus flavus menſe Majo lectus ſapidiſſimus; indigenis Americæ ſeptentrionalis pueris maxime expetitus.

MANGIFERA.

MANGIFERA indica L. Mangefrucht.

Usus. Fructus carnoſus, gratiſſimus, nucleo amygdalino gaudens.

CORYPHA.

CORYPHA umbraculifera L. Schirmpalmfrucht.

Usus. Fructus maximus, ſapidus. At vix floret ante 30 ſeu 40 ætatis annum.

BORASSUS.

BORASSUS flabellifer L. Weinpalme. *Lontarus domeſtica.*

Usus. Quamvis ex omnium palmarum fructibus vinum paretur, ex Boraſſo tamen hoc frequentiſſime fit. *Vinum palmeum* eſt valde dulceſcens, at poſt 36 horas jam aceſcit. *Turiones* dulci ſapore delectant incolas. * Aliis medulla e nucleo fructuum gratus eſt cibus.

ARUNDO SACCHARIFERA.

SACCHARUM officinarum L. Zuckerrohr.

Usus. Indiæ incolæ ſuccum dulcem ex recentibus ſurculis exſugunt, qui gratiſſimi ſaporis eſt. De ſaccharo vide *Condimenta.*

* *Hamb. Magaz. 17. B. p. 502.*

GRIAS.

Grias cauliflora L. Griasfrucht.
Usus. Fructus maximus, ſapore gratus.

CALABA.

Callophyllum Calaba L. Schönblattfrucht.
Usus. Fructus noſtris cornis ſimilis, dulc-amaricans, parum gratus.

ELÆOCARPUS.

Elæocarpus ſerrata L. Graniterbaumfrucht.
Usus. Fructus ſapidus, olivarum inſtar conditus plerumque aſſumitur.

PERSEA.

Laurus Perſea L. Avogatofrucht.
Usus. Fructus homini & animalibus valde gratus, pyro maximo ſimilis.

ARECA OLERACEA.

Areca oleracea L. Kohlpalmbaum.
Usus. Folia juniora cum ſale & jure pingui cocta ſaporem habent gratiſſimum. In aqua macerata acetariis adduntur. Aceto condita diu ſervari poſſunt. *

CASSAVA.

Jatropha Manihot L. Mehlwurzel. Manihot. Caſſava.

---

* *Hamburg. Magaz.* 17. *Band p.* 498.

Odor radicis nullus. Sapor ſubdulcis, minime acris. Tota planta, ſi recens eſt, ſucco ſcatet, qui homini & animalibus venenum eſt.

Usus. Americani radicem in aqua macerant, dein raſtro in farinam radunt, ex hac ſuccum venenatum torcularis ope exprimunt, tum farinam in lamina igne torrent. Ex hac farina panem candidiſſimi coloris & delicati ſaporis ſibi conficiunt, quem absque omni noxa comedunt.

Farina hæc per ſæcula ſine corruptione ſervari poteſt.

SITODIUM.

Sitodium *atile* *Solanderi*. Mehlfrucht. Brodfrucht.

Usus. Indi Otahitæ fructus hujus arboris nondum penitus maturos in fruſta ſcindunt, quæ igne torrent. *Sapor* fructus toſti eſt farinoſus, gratus adeo ut ſapidiſſimi panis noſtri triticei ſaporem vincat. Ex fructu toſto in farinam contuſo & ſub terram, ut fermentet, defoſſo, panem *nigrum* ſibi parant.

CAFFRA.

Cycas *Caffra.* * Mehlrinde.

Usus. Hottentoti medullam hujus arboris pellibus ovinis vel vitulinis includunt, dein menſis ſpatio humo recondunt. Poſtea effodiunt putrefactam

* *Nova acta ſocietatis ſcient. Upſalienſis. Vol.* II. *p.* 283.

medullam, inter lapides in farinam conterrunt, & affuſa aqua in paſtam redigunt, quam ſub calente cinere coquunt.

LACHRYMA JOBI INDICA.

Coix Lachryma L. Indianiſche Hiobs=Thräne.

Usus. Licet hoc frumentum difficulter decorticetur, ob dulcedinem tamen in cibum frequenter ab Indis adhibetur, granula per noctem in aqua ſunt maceranda, decorticanda, dein cum calappi lympha in pultem inſtar oryzæ coquenda. Granula hæc dura magis ex oblectamento quam ad ſanitatem eduntur. *

CLASSIS.

ESCULENTORUM VEGETABILIUM SUCCEDANEORUM.

Vegetabilia huc refero, non tatum quæ calamitatis tempore in annonæ defectu vel caritate a variis gentibus in uſum alimentarem adhibebantur, ſed etiam ea, quæ variis in regionibus ob cerealium & olerum defectum panis & olerum locum ſupplent.

Non inutilem eſſe horum vegetabilium cognitionem triſtis docuit obſervatio. Pauperes etenim ob ſo-

* *Cel.* ZUKERT *l. c.* p. 82.

lam vegetabilium ad eſum aptorum ignorantiam, tempore calamitoſo, ut latrantem ſatiarent ſtomachum, inconvenientiſſimo rerum genere ſeſe implebant, unde in peſſimos incidebant morbos vel fame peribant.

LOCO CEREALIUM.

SCIRPUS MARITIMUS.

Scirpus maritimus L. Meer-Semſen. Meer-binzwurzel.

Usus. Radices nodoſæ in farinam redactæ pro pauperibus urgente annonæ caritate in panem adhiberi poſſunt.

BROMUS SECALINUS.

Bromus ſecalinus L. Rocken-Treſpe.

Usus. In agris ſecalinis contabeſcente reliqua ſegete adeo copioſus quandoque creſcit, ut vulgus ſecale in bromum permutatum eſſe opinetur. Semina meliori frumento immixta pani conficiendo inſerviunt. Si vero juſto majori copia admiſcetur, tunc panem infuſcare & edentes temulentos reddere ſolet.

AVENA FATUA.

Avena fatua L. Wind-Haber.

Usus. Ad cibos deficiente meliori avena a Dalekarlis adhibetur.

LOLIUM.

LOLIUM temulentum L. Sommer=Lolch. Schwindelhaber.

Usus. Grandia ejus ſemina, etſi venenata ſint, cum multa farina bona commixta pro pane inſervire poſſent; noxius enim effectus in toſtione panis maximam partem perire dicitur. Cereviſiæ autem admixtum lolium temulentiam & cæcitatem induxit. Vide *Toxicologiam.*

TRITICUM REPENS.

TRITICUM repens L. Quecken=Wurzel. Hundegras.

Usus. Poſſunt omnium graminum ſemina pro alimento uſurpari, pleraque tamen nimis minuta ſunt, quam ut ſufficienti copia colligi poſſint. Nullum autem gramen tritico repente copioſius & nullibi deficiens invenitur. *Radices* ejus inter arandum acervatim colliguntur, quæ ſiccatæ & in farinam redactæ annona premente in panem adhiberi poſſunt.

CONVALLARIA POLYGONATUM.

CONVALLARIA Polygonatum & multiflora L. Weiswurz.

Usus. Radix dulceſcens, mucoſa, grata acredine gaudens. E radicibus, urgente annonæ calamitate panem ſuccedaneum conficiunt ruſtici Satagun-

diæ. *Turiones* eduntur Conſtantinopoli uti aſparagus.

LAPATUM ACUTUM.

Rumex acutus L. Gemeine Grůndwurz.

Usus. Semina exſiccata in annonæ caritate inſerviunt ad panis coctionem, qui vero valde conſtipat. *Folia* primo vere cum oleribus coquuntur.

POLYGONUM CONVOLVULUS.

Polygonum Convolvulus L. Buchwinde.

Usus. Semina Fagopyro ſimilia in annonæ caritate pani ſuccedaneo conficiendo inſerviunt. *

POLYGONUM VIVIPARUM.

Polygonum viviparum L. Keimender Wegetritt.

Usus. E radicibus exſiccatis & in farinam redactis panis premente annonæ caritate parari poteſt. Samojedis polygonum viviparum cum carnibus Tarandorum & ferarum unicum fere nutrimentum eſt.

POLYGONUM AVICULARE.

Polygonum aviculare L. Vogelwegetritt. Blutkraut.

Usus. Semina parva quidem, at numeroſiſſima & val-

* *Acta Holm.* 1750.

de ponderoſa ſunt, ut fagopyrum in uſum cibalem adhiberi poſſunt.

POLYGONUM BISTORTA.

Polygonum Biſtorta L. Natterwurz.

Usus. In Inſula *Kamtſchatka* radix, quæ minus adſtringens eſt quam in Europa, vel recens vel ſiccata cum caviaro contuſo editur.

UVA URSI.

Arbutus Uva urſi L. Bärentraube.

Usus. Baccæ ſiccatæ, etſi ingrati ſint ſaporis, latrante ſtomacho in panem redigi poſſunt. Vis adſtringens tamen timenda.

SPERGULA ARVENSIS.

Spergula arvenſis L. Acker-Spark.

Usus. Accolæ maris ſeptentrionalis in Finmarkia Norvegica, deſtructa ſegete, herbam ſecant & ſemina pro pane conficiendo colligunt.

CRATÆGUS ARIA.

Cratugus Aria L. Mehlbeer. Atlasbeer.

Usus. Baccæ ſiccatæ & in farinam redactæ inſerviunt pro pane vicario conficiendo. Nimis vero conſtipant.

CRATÆGUS OXYCANTHA.

Cratægus Oxycantha L. Weisdornbeer.

Usus præcedentis.

SORBUS AUCUPARIA.

SORBUS aucuparia L. Vogelbeer. Quitſernbeer.

Usus. Baccæ ſiccatæ & in farinam contuſæ panem non plane inſalubrem præbent.

FILIPENDULA.

SPIRÆA Filipendula L. Rother Steinbrech. Erd-Eicheln.

Usus. Radices tuberoſæ, piſiformes ſiccatæ & in farinam redactæ panem vicarium præbent non plane contemnendum.

CYNOSBATOS.

ROSA canina L. Hagebutte.

Usus. E cynosbatis ſiccatis, coctis & in farinam redactis panis parari poteſt.

STACHYS PALUSTRIS.

STACHYS paluſtris L. Sumpf-Roßpoley.

Usus. Radices carnoſæ ſiccatæ, inque farinam redactæ ad panem vicarium conficiendum adhiberi poſſunt. Radices *recentes* coctæ poſſent eſitari.

MELAMPYRUM ARVENSE.

MELAMPYRUM arvenſe L. Acker-Kuhweizen.

Usus. E ſeminibus panis vicarius interdum conficitur, qui vero fuſcus & amaricans eſt.

OROBUS.

Orobus tuberoſus & *niger L.* Knoliche Erven & Schwarze Erven.

Usus. Radices ſapidæ ſunt & pro pane vicario inſerviunt. Radice orobi nigri olim Angli obſidione cincti vitam per aliquod tempus ſuſtentarunt. *

PISUM MARITIMUM.

Pisum maritimum L. Meerſtrands-Erbſe.

Usus. Semina pro panificio adhiberi poſſunt. **

LATHYRUS CICERA.

Lathyrus Cicera L. Purpurrothe Platterbſe.

Virtus. Semina comeſta rigiditatem crurum & claudicationem cauſabant. *** Ab eſu panis ex ſemine confecti tota familia paralyſi crurum corripiebatur. Hinc ab ejus uſu abſtinendum.

ERVUM ERVILJA.

Ervum Ervilja L. Giftige Erven.

Odor ſeminum nullus, Sapor farinoſus, ſubinſipidus.

---

* *Cel.* Raj *Hiſtor.* 916.

** Incolæ Comitatus Oxford - ſchire Angliæ anno 1655 inedia afflicti his ſeminibus ſeſe ſuſtentarunt.

*** *Cel.* Divernoi *diſſ. de lathyri quadam venenata ſpecie in Comitatu Montbelgardenſi culta. Baſileæ* 1770 vel vide *Cel.* Linguet *und* Tissot *über das Getreid und Brod.* p. 120.

Virtus.

Virtus. Semina inter alimenta hominum quondam numerabantur, at panis ex ſemine vel ſolo vel cum tritico coctus crurum imbecillitatem adeo vehementem produxit, ut ægri ſcipionibus binis inniti opus haberent. *

Usus. Ab eo abſtinendum.

VICIA SATIVA.

Vicia ſativa L. Wiſen.

Odor ſeminum nullus. Sapor ſubfarinaceus.

Virtus. Viciæ minus quam fabæ nutriunt, robuſtum ventriculum & laborioſam vitam illarum digeſtio exigit; hinc cibus eſt ruſticis relinquendus, qui annonæ caritate iis veſcuntur vel in pane utuntur.

LUPINUS.

Lupinus albus L. Feigbohne.

Odor ſeminum nullus. Sapor amarus, ingratus, qui vero maceratione in aqua calida perit.

Virtus nutriens, copioſior eſus flatulentiam gignit & alvum conſtipat, ideo ſola annonæ caritate in cibum & panem adhibentur.

---

* *Cel.* Binninger *obſerv. & curat. med. Cent.* 5. *obſ.* 70 p. 571. & *Cel.* Valisneri in *Galera* di *Minerva* T. 4. p. 240. Equos, qui plantam integram devorarunt, tanta crurum imbecillitas corripuit, ut vix pedibus inſiſtere poſſent & diu contremiſcerent. Gallinæ diſtenſione ingluviei a ſemine devorato necantur. *Cel.* Rossi *de plant. venen.* p. 39.

TRIFOLIUM REPENS.

Trifolium repens L. Kriechender Klee.

Usus. Flores ſiccati pro pane inſerviunt. Scoti fame preſſi *trifolio* pratenſi pro pame utebantur. Imo omnia trifolia ad panem vicarium adhiberi poſſe dicuntur. * Flores rubri ſubdulces ſunt & ab infantibus ſub nomine Himmelbrod eduntur. **

SCORZONERA HUMILIS.

Scorzonera humilis L. Niedriger Scorzoner.

Usus. Radices rite ſiccatæ & in pulverem redactæ ad panis confectionem adhiberi poſſunt. Radices *teneræ* coctæ ut Daucus vel Paſtinaca eſculentæ ſunt.

CALLA PALUSTRIS.

Calla paluſtris L. Sumpf-Calla.

Usus. Radix ſaporem habet urentem fere cauſticum ignis adinſtar. Attamen quod mirum eſt, ex ea panem conficere dura docuit homines neceſſitas. Radices in ſole vel clybano exſiccatæ lapide molari in farinam conteruntur. Hæc farina ſuaveolens & alba cum aqua pura coquitur in conſiſtentiam pultis, quæ decantata aqua deprehenditur omnis acrimoniæ expers. Hæc farina, cum farina cerealium vel pini mixta panem album,

* *Ill.* Linnæi *amœnit.* T. p.

** *Cel.* Ehrhart. 4. *B.* p. 133.

dulcem, gratiſſimi ſaporis, præſertim ſi recens eſt, exhibet. Hoc pane utuntur Weſtrobothienſes & Oſtrobothienſes.

ARUM ESCULENTUM.

ARUM eſculentum L. Esbarer Aron.

Usus. Radix cruda acerrima eſt, in duplici autem aqua cocta vel aſſata, nutriens & ſapidiſſimus fertur eſſe cibus.

ARUM MACULATUM.

ARUM maculatum L. Geflekter Aron.

Usus præcedentis.

COLOCASIA.

ARUM Colocaſia L. Egyptiſcher Aron.

Usus. Acerrima hæc radix ut ari radix tractata ſapidiſſimum exhibet cibum. Ideo in Aegypto toti agri hac planta ſunt conſiti.

FAGUS SYLVATICA.

FAGUS ſylvatica L. Gemeine Buche.

Usus. Glandes fagi leviter more caſtaneorum toſtæ, aut etiam bene ſiccatæ & in farinam redactæ, in aqua in modo Callæ coctæ, ut vi narcotica liberentur, ad panem adhiberi poſſunt.

GLANDES.

QUERCUS Robur L. Eicheln.

Odor nullus. Sapor glandis acerbus, ſtypticus.

Virtus adſtringens, conſtipans.

Usus. Glandes premente annona vulgo pro pane adhibentur, multum tamen conſtipant, niſi torreantur, antequam moluntur. Quæ de eſu glandium quernarum relata leguntur, non videntur intelligi poſſe de quercu noſtra, ſed de quercu peculiari, quæ dulces gerit glandes. *

PINUS SYLVESTRIS.

Pinus ſylveſtris L. Gemeine Fichte.

Usus. Dalekarli, âliique populi ex trunco maxime æquabili, cui minima ineſt reſina, corticem detrahunt, leviter torrent, in farinam molendino conterunt & panem ſuccedaneum inde conficiunt. Notandum tamen farinam aqua calente antea eſſe elixandam & cum aliquantulo frumenti eſſe commiſcendam. Hoc pane non tantum inedia preſſi victitant, ſed & illi, qui uberiori gaudent annona, hoc nihilominus veſcuntur, ne deſuetudo ab hujus eſu frequentiori, nimiam ipſis adferat moleſtiam. Pueris in deliciis eſt primo vere librum recentem pini cultello deraſum comedere.

PINUS ABIES.

Pinus Abies L. Gemeine Tonne.

* *Cel.* Schaw. *T.* 2. p. 118.

Usus. Liber primo vere eodem modo, quo Pinus ſylveſtris a pueris interdum abraſus comeditur.

HYMENÆA COURBARIL.

Hymenæa Courbaril L. Heuſchreckenbaum.

Usus. Semina farina dulci circumdata ſunt, ex qua panem conficere annonæ caritas docuit.

ZIZANIA AQUATICA.

Zizania aquatica L. Seehaber.

Usus. Fructus farinaceus oryzæ ſimilis, primarium incolis Americæ ſeptentrionalis cibum conſtituit.

CICHORIUM INTYBUS.

Cichorium Intybus L. Cichorienwurzel.

Usus. Radices ante cauleſcentiam eſculentæ ſunt & ſiccatæ pani conficiendo inſerviunt.

SUCCEDANEA OLERUM

LILIUM CAMSCHATCENSE.

Lilium Camſchatcenſe L. Kamſchatenſer Lilie.

Usus. Radix acerrimi & cauſtici ſaporis ab incolis Kamtſchatkæ autumno effoditur, ſole ſiccatur & tunc cocta in cibum recipitur. *

ARISARUM.

Arum Ariſarum L. Kohlaron.

---

* *Cel.* Gmelin *Flor. Sibir.* T. I. p. 40.

Usus. Pauca in hac planta detegitur acrimonia, unde ejus cauliculi cum craſſiſſimis radicibus in aqua prius cocti denuo coquuntur & cum calappi lympha olus præbent plebejis Indorum ſtaminibus, qui carnibus veſci non audent. *

DIOSCOREA SATIVA.

Dioscorea ſativa L. Blutkohl.

Usus. Herba cum aliis oleribus ob nauſeoſam dulcedinem cocta, radix aſſata & in taleolos ſecta editur ab Indis. Ex *Dioſcorea alata* & ex *tryphilla*, etſi acrem & amarum ſaporem habeant, Indi tamen repetitis elutionibus & expreſſionibus ſibi panem & alios cibos parare noſcunt. **

DIOSCOREA BULBIFERA.

Dioscorea bulbifera L. Oebiswurzel. *Ubium digitatum.*

Usus. In inſulis Indiæ, quibus oryza deeſt, communis eſt eſca planta hæc, primum in aqua ebullita & tum ſub cineribus toſta.

CYPERUS PAPYRUS.

Cyperus Papyrus L. Aegyptiſche Papierrinde.

Usus. Aegyptii ſuccum tenuem, dulcem, polychylum ex junioribus radicibus, rejectis partibus fibroſis, ore ſugunt.

---

* *Cel.* Rumph l. c. c. 87. t. 111.

** *Cel.* Osbeck. p. 254.

ARACHIS HYPOGÆA.

Arachis hypogæa L. Erdpiſtazien.

Uſus. Fructus amygdalis ſimilis, lento igne toſtus in regionibus Mexicanis Americæ frequenter editur.

ANCHUSA OFFICINALIS.

Anchusa officinalis L. Officinelle Ochſenzunge.

Uſus. Folia tenera primo vere lecta in juſculis loco Braſſicæ concocta, ut cibus ſalubris in Uplandia adhibentur.

PRIMULA VERIS.

Primula veris L. Schlüſſelblume.

Uſus. Foliis utuntur Angli in oleribus, placentis & acetariis. *Corollæ* vino impoſitæ jucunditatem augent, unde *vinum primulæ* in Suecia notum.

CAMPANULA.

Campanulæ fere omnes ſpecies *L.* Glockenblume.

Uſus. Radix & folia, antequam cauleſcunt, cocta edi poſſunt.

LAPSANA COMMUNIS.

Lapsana communis L. Gemeiner Rainkohl. Ackerkohl.

Uſus. Editur Conſtantinopoli cruda antequam floret. Raphanum ſapit, cocta autem amareſcit.

BONUS HENRICUS.

Chenopodium Bonus Henricus L. Guter Heinrich. Heinskraut.

Usus. Turiones, germina novella & florum tyrſi, dum adhuc teneri ſunt, coquuntur aqua aut carnium juſculo & cum butyro liquefacto gratum, ſubeccoproticum dant cibum.

SONCHUS ALPINUS.

Sonchus alpinus L. Alpen Gänſediſteln.

Usus. Turiones decorticati a lapponibus eduntur crudi. Sapor amaricans aquæ potatoribus gratus eſſe dicitur.

SONCHUS OLERACEUS.

Sonchus oleraceus L. Haſenkohl. Kohlartige Gänſediſtel.

Usus. Folia tenera inter olera collectitia coquuntur.

HELIANTHUS ANNUUS.

Helianthus annuus L. Gemeine Sonnenblume.

Usus. Diſcus & juniores caules, ut cynaræ capita edi poſſunt.

HERACLEUM SPONDYLIUM.

Heracleum Spondylium L. Bärenklau.

Usus. Camſchatcenſes caules nudos bene decorticatos comedunt. Ruſſi e petiolis foliorum radicalium ſiccatis farinam ſaccharatam excutiunt, hoc ſac-

charum convivis cupediarum loco offerunt. Poloni & Lithuani ex foliis & ſeminibus addito fermento potionem parant, quæ pauperibus loco cereviſiæ eſt.

SEMPERVIVUM TECTORUM.

SEMPERVIVUM tectorum L. Haußwurz. Hauslaub.

ODOR foliorum debilis. SAPOR ſubſalſus, leniter ſtypticus.

USUS. Folia tenera & ſucculenta in juſculis loco Portulacæ inſervire poſſunt.

RANUNCULUS FICARIA.

RANUNCULUS Ficaria L. Scharbockkraut. *Chelidonium minus.*

ODOR herbæ debilis, naſturcinus. SAPOR conſimilis. Inter ranunculos hæc ſpecies minus acris eſt, forte quia planta vernalis.

USUS. Folia in Uplandia verno tempore lecta inter olera coquuntur. Coctione enim miteſcit ſapor acriuſculus. In mixtione cum aliis herbis ad juſcula oleracea paranda, quæ ſcorbuticis valde conveniunt, adhibetur.

LAMIUM ALBUM.

LAMIUM album L. Weiſſe taube Neſſel.

USUS. Folia primo vere coquuntur cum oleribus & eduntur in Suecia ſuperiore.

LAMIUM PURPUREUM.

Lamium purpureum L. Rothe taube Neſſel.
Usus. Editur pari modo cum præcedenti.

SINAPIS ARVENSIS.

Sinapis arvenſis L. Acker-Senf.
Usus. Folia coctа pauperibus loco Braſſicæ inſerviunt.

ORNYTHOGALUM LUTEUM.

Ornythogalum luteum L. Vogelmilch.
Usus. Bulbi urgente annonæ caritate exſiccati & in farinam redacti pro cibo & pane inſerviunt.

CRAMBE MARITIMA.

Crambe maritima L. Meerkohl.
Usus. Juxta littora oceani creſcit. Folia, dum adhuc tenera ſunt, loco Braſſicæ coquuntur, maturiora namque folia temulentiam inducunt.

CARDUUS PALUSTRIS.

Carduus paluſtris L. Sumpf-Diſtel.
Usus. A Smolandis editur coctus. Omnes fere Cardui, verno tempore, dum adhuc nec flores nec calices emiſerunt, eſculenti ſunt.

MELOCACTUS.

Cactus Melocactus L. Melonendiſtel.
Usus. Fructus pulpoſus comeſtus urinam ſubrubram reddit.

CARLINA ACAULIS.

CARLINA acaulis L. Eberwurz, wilde Artiſcho-
cken.

Usus. Caules juniores & Receptaculum floris ut cy-
nara coctum editur.

ONOPORDON ACANTHIUM.

ONOPORDON Acanthium L. Weiſſe Bergdiſtel.
Wilde Artiſchocken.

Usus. Diſci florum & juniores caules ut cynara pa-
rati, eduntur.

CNICUS OLERACEUS.

CNICUS oleraceus L. Kohlartiges Krazkraut.

Usus. Folia maxime in Ruſſia loco Braſſicæ adhiben-
tur.

HIPOCHÆRIS MACULATA.

HIPOCHÆRIS maculata L. gefleckte Saukraut.

Usus. Ruſtici Smolandiæ folia tempore fœniſecii col-
ligunt & ut Braſſicam coctam comedunt.

ALGA SACCHARIFERA.

ULVA latiſſima L. Isländiſches Meergras.

Usus. Plures dantur Algarum ſpecies eſculentæ. Hæ
omnes, ſi primum e mari evelluntur, viſcido mu-
co obductæ & ſale marino imprægnatæ ſunt, un-
de gravem odorem & ſalſum habent ſaporem.
Sed utrumque hoc vitium maceratione in aqua

recenti tollitur adeo, ut fatue ſapiant. Tum crudæ eduntur vel cum intinctu ex ſucco limoniorum vel ex aceto. *Siccatæ* algæ etiam ad alios cibos coqui poſſunt.

AMARANTHUS.

AMARANTHUS oleraceus & *lividus L.* Weiſſer & rother Amaranth.

Usus. Folia iners, inſipidum, digeſtu difficile olus conſtituunt, hinc ſola annonæ caritas ad ejus uſum urget.

BLITUM.

AMARANTHUS Blitum L. Maier-Amaranth.
Usus prioris.

LICHEN ISLANDICUS.

LICHEN islandicus L. Isländiſches Moos.

Usus. Is leviter coctus in juſculo comeditur, vel ſiccatus in panem conficitur. Valde nutriens eſt, ſi cum lacte coquatur: ob mucilaginem amaricantem roborans cibus eſt, qui in phthiſi incipiente, ſcorbuto, calculo laudatur.

LICHEN VELLEUS.

LICHEN velleus L.
Usus præcedentis.

FUCUS SACCHARINUS.

FUCUS ſaccharinus L. Zukerſüßes Meergras.

Usus. Folia formæ lactucæ eduntur. Folia aqua fontana irrorata & in loco calidiori ſuſpenſa ſaccharum exſudant.

FUCUS ESCULENTUS.

Fucus eſculentus L. Eßbares Meergras.
Usus præcedentis.

FUCUS PALMATUS.

Fucus palmatus L. Handförmiges Meergras.
Usus præcedentis.

TREMELLA NOSTOC.

Tremella Noſtoc L. Sternputz.
Usus. Eſt algæ ſpecies, quæ eſculenta eſſe dicitur.* Infuſum ejus cum ſpiritu vini clandeſtine exhibitum faſtidium ſtrenuis ſpiritus aduſti potatoribus excitare fertur.**

ULVA UMBILICALIS.

Ulva umbilicalis L. Meernabel.
Usus præcedentis.

TATARIA HUNGARIA.

Tataria hungarica Tatarwurz.*
Odor nullus. Sapor radicis coctæ dulcis, ſapidus.

---

* *Ill.* Halleri *Mat. med.* T. 2. p. 780.

** *Cel.* Vogel *Mat. med.* p. 135.

*** *Cel.* Szent-Miklos *diſſ. de Tataria hungarica. Viennæ.* 1778. cum plantæ icone.

Virtus. Hungari in annonæ caritate & inopia radice cocta veſcuntur, forma oleris vel acetarii. Perennitas radicis, moles adultæ radicis ingens, vitæ conſtantia in læſione etiam notabili, duratio in climatis hungarici frigore hyemali, culturam aut ſaltim in ſylveſtribus propagationem uberiorem contra annonæ penuriam quam maxime commendant.

PHYTOLACCA.

Phytolacca decandra L. Kermesbeer.

Usus. *Baccæ* acido-fatuum habent ſaporem, ab infantibus impune ſæpe comeduntur. Folia juniora tenerrima ab Americanis in olere eduntur & ſalubria ſunt; folia autem adultiora venenata habentur.

LAPPA.

Arctium Lappa L. Groſſe Kletten. *Bardana.*

Odor vix ullus. Sapor debilis.

Usus. Caules priusquam flores emittunt diſſecti, cortice denudati & rite cocti, tanquam aſparagi ſapiunt. Crudi & decorticati quoque cum oleo & aceto in acetariis comeduntur.

BORRAGO.

Borrago officinalis L. Borretſch.

Usus. Juniora folia juſculis, quæ nigro tingunt colore, & acetariis adduntur.

ERYNGIUM MARITIMUM.

Eryngium maritimum L. Meerſtrand=Mannstreu.

Odor nullus. Sapor coctione gratus.

Usus. Turiones ante floreſcentiam more aſparagi eduntur, grate ſapiunt & optime nutriunt.

MERCURIALIS ANNUA.

Mercurialis annua L. Gemeines Bingelkraut.

Usus. Folia oleribus admiſceri poſſunt; at ſedule diſtinguatur Mercurialis annua a Mercuriali perenni, quæ venenata eſt. *Annua* habet folia glabra, *Perennis* folia ſcabra gerit.

BETONICA.

Betonica officinalis L. Betonie.

Usus. Folia tenella oleribus interdum admiſcentur.

ONONIS.

Ononis arvenſis L. Hauhecheln.

Usus. Turiones eduntur ut aſparagus. Veteres illos ſale condiebant.

SALICARIA.

Lythrum Salicaria L. Brauner Weiderich.

Usus. Folia Kamtſchadali ad piſces coquunt & iis pro Thea utuntur. Medullam cereviſiæ addunt. *

---

* *Cel.* Krascheninnikow p. 106.

ARCHANGELICA.

ANGELICA Archangelica L. Erzengelwurz.

Usus. Caules, antequam umbellam explicant, de corticati & crudi a Lapponibus inſtar pomorum ſapidi & grati eſitantur.

EPILOBIUM ANGUSTIFOLIUM.

EPILOBIUM anguſtifolium L. Schmalblätterichter Weiderich.

Usus. Radix ſub terra aſparagos innumeros pedales & bipedales, craſſitie digiti exſerit, qui more aſparagi edi ſolent. Camſchadali medullam caulium inter cupedias referunt.

PANICUM SANGUINALE.

PANICUM ſanguinale L. Bluthirſe.

Usus forma oleris in cibum recipi poteſt.

FOENUM GRÆCUM.

TRIGONELLA Fœnum græcum L. Bockshornſaamen.

Usus. Fructus in lacte coctus fœminas ægyptiacas reddere obeſas dicitur.

ESCULENTA
ANIMALIA

ELENCHUS GENERALIS.

Mammalia. *Saugthiere.*

Aves. *Federthiere.*

Piſces. *Fiſche.*

Amphibia. *Amphibien.*

Inſecta. *Inſecte.*

Vermes. *Würme.*

ELENCHUS SPECIALIS.

MAMMALIA.

CICURA.

Bos, *der Ochſe.*
Taurus, *der Stier.*
Vacca, *die Kuh.*
Vitulus, *das Kalb.*
Urus, *der Auerochſe.*
Bubalus, *der Büffelochſe.*
Ovis, *das Schaaf.*
Aries, *der Wider.*
Vervex, *der Hammel.*
Agnus, *das Lamm.*
Capra, *die Ziege, die Geiſs.*
Hircus, *der Bock.*
Caprus, *der verſchnittene Bock.*
Hædus, *das Ziegenböcklein.*
Sus, *das Schwein.*
Porcellus, *das Spanferkel.*
Camelus, *das Cameel.*
Canis, *der Hund.*
Equus, *das Pferd.*
Aſinus, *der Eſel.*

FERA.

Aper, *das Wildſchwein, das ſchwarz Wildpret.*
Cervus, *der Hirſch.*

Capreolus, *das Reh.*
Lepus, *der Haſe.*
Cuniculus, *das Caninchen.*
Cavia porcellus, *das Meerſchweinchen.*
Rupicapra, *die Gämſe.*
Rupicapra ſibirica, *das wilde Schaaf.*
Ibex, *der Steinbock.*
Alces, *das Elendthier.*
Dama, *der Damhirſch.*
Tarandus, *das Rennthier.*
Vulpes, *der Fuchs.*
Erinaceus, *der Igel.*
Hyſtrix, *die Stachelſchwein.*
Marmota, *das Murmelthier.*
Urſus, *der Bär.*
Taxus, *der Dachs.*
Sciurus, *das Eichhornchen.*
Citellus, *das Erdzeiſel.*
Glis eſculentus, *die Rellmaus.*
Catus, *die Kaze.*
Rattus, *die Ratte.*
Mus, *die Mauſe.*

LACUSTRIA.

Lutra, *die Fiſchotter.*
Fiber, *der Biber.*

MARINA.

Phoca vitulina, *das Seekalb, der Seehund.*
Lutra marina, *die Meerotter.*

Rosmarus, *das Wallroſs.*
Phoca urſina, *der Seebär.*
—— leonina, *der Seelöwe.*
Manatus, *die Seekuh.*
Balæna, *der Wallfiſch.*
Phyſalus, *der Finnfiſch.*
Catodon, *der Wittfiſch.*
Macrocephalus, *der Pottfiſch.*
Delphinus, *die Meerſchwein.*
Delphis, *der Delphin.*
Monoceros, *das Einhorn.*

A V E S.

G R A N I V O R Æ.

Gallus domeſticus, *der Hahn.*
Gallina domeſtica, *die Henne.*
Pullus gallinaceus, *die junge Hüner.*
Gallus indicus, *der Indian.*
Pavo, *der Pfau.*
Phaſianus, *der Faſon.*
Numida, *das Perlhuhn.*
Urogallus, *der Auerhahn.*
Tetrix, *das Birkhuhn.*
Lagopus, *das Schneehuhn.*
Perdix, *das Rebhuhn.*
Perdix ruffa, *das röthliche Rebhuhn.*
Francolinus, *der Francolin.*
Attagen, *das Haſelhuhn.*

Tarda, *der Trapp.*
Anas domeſticus, *die zahme Gans.*
——— ferus, *die wilde Gans.*
Columba Oenas, *die Hanstaube.*
Palumbus, *die Wildtaube.*
Turtur, *die Turteltaube.*
Pſittacus, *der Papayoy.*
Alauda arvenſis, *die Lerche.*
——— pratenſis, *die Wieſenlerche.*
——— arborea, *die Baumlerche.*
——— campeſtris, *die Kothlerche.*
——— alpeſtris, *die Berglerche.*
——— Spinoleta, *die Florentinerlerche.*
——— criſtata, *die Schopflerche.*
——— Calandra, *der weiſſe Hortulan.*
Fringilla Carduelis, *der Stigliz, der Diſtelfinck.*
——— domeſtica, *der Spaz, der Sperling.*
——— montana, *der Bergſpaz.*
——— montifringilla, *der Bergfinck.*
——— cannabina, *der Hanfling.*
——— Spinus, *der Zeiſig.*
——— Citrinella, *das Citrinlein.*
——— cœlebs, *der Fink.*
——— canaria, *der Canarienvogel.*
Motacilla Ficedula, *der Feigenſchnepper.*
——— Oenanthe, *das Weiskehlchen.*
——— alba, *die weiſſe Bachſtelze.*
——— flava, *die gelbe Bachſtelze.*
——— Rubecula, *das Rothkehlchen.*
——— Erithacus, *der Rothſchwanz.*

Motacilla Phœnicurus, *das Schwarzkehlgen.*
———— troglodites, *der Schneekönig.*
———— Luſcinia, *die Nachtigall.*
———— Curruca, *die Grasmüke.*
———— Regulus, *der Haubenkonig.*
Turdus viſcivorus, *die Schnarre, der Zarizer.*
—— Pilaris, *der Krammetsvogel.*
—— Merula, *die Schwarzamſel.*
—— iliacus, *die Weindroſſel.*
—— muſicus, *die Zippe, die Singdroſſel.*
—— polyglottus, *die Spottdroſſel.*
Ampelis Garrulus, *der Seidenſchwanz.*
Oriolus Galbula, *die Goldamſel.*
Tetrao Coturnix, *die Wachtel.*
Emberiza hortulanus, *der Ortolan.*
———- Citrinella, *die Goldammer.*
———- nivalis, *der Schneevogel.*
Loxia corviroſtra, *der Krumſchnabel, der Kreuzvogel.*
—— Pyrrhula, *der Gümpel, der Thumpfaff.*
—— Coccothrauſtes, *der Kernbeiſſer.*
—— Chloris, *der Grünling.*

INSECTIVORÆ.

Scolopax Ruſticola, *die Waldſchnepfe.*
———- Gallinago, *der Waſſerſchnepf.*
———- arquata ſeu Numenius, *der Brachvogel.*
———- Gallinula, *der Rohrſchnepf, das Waſſerhühnchen.*
———- Glottis, *der Regenſchnepf.*

Scolopax limoſa, *der Pfuhlſchnepfe.*
Charadrius Morinellus, *die Mornell.*
——— apicarius, *der Feldlaufer.*
——— Pluvialis, *die Düte, der grüne Regenpfeiffer.*
Tringa pugnax, *das Streithuhn.*
——— ocrophus, *das rothe Waſſerhuhn.*
——— ſquaratola, *die Brachamſel.*
——— canutus, *das graue Waſſerhuhn.*
——— Vanellus, *der Kibiz.*
Hæmatopus oſtralegus, *der Auſterdieb.*
Sturnus vulgaris, *der Staar.*
Parus major, *die Meiſe.*
Rallus Crex, *der Wachtelkönig.*
——— aquaticus, *die groſſe Waſſerralle.*
——— Porzana, *die kleine Waſſerralle.*
Corvus Cornax, *der Raab.*
——— Pica, *die Elſter.*
——— frugilegus, *die Saatkrähe.*
——— Corone, *die Raabenkrähe.*
——— Cornix, *die Krähe.*
——— Monedula, *die Dohln.*
——— Eremita, *der Waldraab.*
——— Glandarius, *das Baumhazel.*
Cuculus canorus, *der Kukkuk.*
Oriolus Galbula, *der Widewall.*
Hirundo ruſtica, *die Rauchſchwalbe.*
——— eſculenta, *die Tunkinsſchwalbe.*
——— urbica, *die Hausſchwalbe.*
——— riparia, *die Uferſchwalbe.*

Picus viridis, *der Grünſpecht.*
Phœnicopterus ruber, *der Flamingo.*
Upupa Epops, *der Widehopf.*

ICHTYOPHAGÆ.

Anas Boſchas domeſtica, *die zahme Ente.*
—— fera, *die wilde Ente.*
—— Querquedula, *die Krickente.*
—— ruſticolis, *die Rothhalsgans.*
—— Crecca, *die Kriechente.*
—— moſchata, *die Biſomente.*
—— arborea, *die Baumente. Holzente.*
—— molliſſima, *der Eidervogel.*
—— hyperboreus, *die Schneegans.*
Onocrotalus, *die Kropfgans, der Nimmerſatt.*
Baſſanus, *die Baſſanergans.*
Cygnus, *die Schwahn.*
Platalea, *die Löffelgans.*
Mergus Serrator, *das Tuckäntel.*
—— Merganſer, *die Tauchergans.*
Fulica atra, *das Rohrhendel.*
—— aterrima, *das Blashuhn, das Waſſerhuhn.*
—— Porphyrio, *der Sultan.*
—— chloropus, *die Waſſerhenne.*
Ardea cinerea, *der Fiſchreicher.*
—— ſtellaris, *der Rohrdumel.*
—— Grus, *der Kranich.*
—— Ciconia, *der Storch.*
Struthio Camelus, *der Straus.*
Colymbus Grille, *die Tauchertaube.*

Colymbus criſtatus, *der Haubentaucher.*
——— auritus, *der Ohrentaucher.*
Larus canus, *die Möwe.*
——— marinus, *die Seemöwe.*
——— atricilla, *der Spötter.*
Sterna Hyrundo, *die Europäiſche Meerſchwalbe.*
——— nigra, *der Mayvogel, die ſchwarze Meerſchwalbe.*
——— minuta, *die kleinſte Fiſchmöwe.*

PISCES

FLUVIATILES.

Muſtela fluviatilis, *die Aalraupe.*
Muræa Anguilla, *der Aal.*
Salmo Trutta, *die Lachsforelle.*
——— Fario, *die Forelle.*
——— Salar, *der Salm, der Lax.*
——— Hucho, *die Huche, die Hauchforelle.*
——— Salmerinus, *der Salmling.*
——— Salvelinus, *der Salvelin.*
——— Umbla, *der Röthling.*
——— Thymallus, *die Aſche.*
——— Eperlanus, *der Meerſtint.*
——— alpinus, *die Bergforelle.*
——— Albula, *der Weiſsfiſch.*
——— Oxyrhynchus, *der Hauting.*
Cyprinus Carpio, *der Karpe.*

Cyprinus Barbus, *der Barme.*
——— Brama, *die Braſe.*
——— Tinca, *die Schleye.*
——— Caraſſius, *die Karauſche.*
——— Ballerus, *die Bleye. Blick.*
——— Orfus, *der Orf, der rothe Karpen.*
——— Alburnus, *der gemeine Weiſsfiſch.*
——— Rutilus, *der Rothfloſſer.*
——— Erythrophthalmus, *das Rothauge.*
——— Dobula, *der Dobel.*
——— Phoxinus, *die Elrize.*
——— Naſus, *der Naſenfiſch.*
——— Jeſes, *der Bratfiſch.*
——— leuciſcus, *der Laucke, der Weiſsfiſch.*
——— Aphya, *der Spirling.*
——— Gobio, *der Gründling.*
Cottus Gobio, *der Koppe.*
Gaſteroſteus, *der Stichling, der Stechbüttel.*
Perca fluviatilis, *der Bärſch.*
—— cernua, *der Kaulpraſs.*
—— lucioperca, *der Zauder. Sandbarſch.*
—— Zingel, *der Züngelbarſch.*
—— labrax, *der Seewolf. Seehecht.*
—— Alburnus, *der Weiſsbarſch.*
Eſox lucius, *der Hecht.*
Silurus Glanis, *der Wels.*
Gobius niger, *die Meergrundel.*
Cobitis Barbatula, *die Bartgrundel.*
—— foſſilis, *der Wetterfiſch, die Biſsgurn.*
—— Tænia, *der Steinbeiſſer.*

PISCES MARINI.

Muræna Helena, *die Muräne. Meeraal.*
Scomber Thynnus, *der Thunfiſch. Thonfiſch.*
——— Pelamis, *der Bonetfiſch.*
——— Scomber, *die Makrelle.*
——— Trachurus, *die Baſtard-Mackrelle.*
Mullus Surmuletus, *der Merrbarbe.*
——– Barbatus, *der Rothbart.*
——– imberbis, *der Kahlbart.*
Perca marina, *der Seebarſch.*
Gadus Morrhua, *der Cabeljau, der Stockfiſch.*
—— Merlucius, *der kleine Stockfiſch.*
—— Aeglefinus, *der Scheelfiſch.*
—— Muſtela, *die Quappe, die Meerquappe.*
—— Merlangus, *der Wittling.*
—— barbatus, *der Phycis.*
—— Callarias, *der Dorſch.*
—— Molva, *der Leng.*
—— Carbonarius, *der Kohlmund.*
Clupea Harengus, *der Hering.*
——– Sprattus, *der Sprott.*
——– Encraſiculus, *die Sardelle.*
——– Aloſa, *der Alſen.*
——– Triſſa, *die Porſtenfloſſe.*
Pleuronectes Rhombus, *d r Rhombus.*
————— Hippogloſſus, *die Heilbutte.*
————— Plateſſa, *der Schulle. Platteis.*
————— Fleſus, *der Flinder.*
————— Linquatula, *die Schaare.*

Pleuronectes Solea, *die Zunge.*
——————— maximus, *die Steinbutte.*
——————— Limanda, *der Schuppenblutfiſch.*
——————— Paſſer, *der Stachelflunder.*

Eſox Belone, *die Meernadel.*
Lyra marina, *die Meerleyer.*
Cuculus marinus, *der Seeguguck.*
Lucerna marina, *der Meergeyer.*
Tinca marina, *die Meerſchliche.*
Pavo marina, *der Meerpfau.*

Zeus Faber, *der St. Peterfiſch.*
Trachinus Draco, *der Stacheldrache, das Petermännchen.*
Xiphias Gladius, *der Schwerdfiſch.*
Mugil Cephalus, *der Groſskopf.*
Sciæna Umbra, *der Umbrafiſch, die Seekrähe.*
Atherina Hepſetus, *der Kornährnenfiſch.*

Sparus Aurata, *die Goldbraſem.*
——— annularis, *der Schwarzringel.*
——— Sargus, *der Bandirte.*
——— Melanurus, *der Schwarzſchwanz.*
——— Salpa, *der Goldſtrich.*
——— Cantharus, *der Ringaug.*
——— Boops, *das Groſsauge.*
——— Mæna, *der Laxirfiſch.*
——— Erythrinus, *der Rothſchuppe.*
——— Pagrus, *der Sackfloſſe.*
Gobius Aphya, *die Nylgrundel.*

PISCES AMPHYBII.

Acipenſer Huſo, *der Hauſen.*
——— Sturio, *der Stör.*
——— Tuck, *der Tück.*
——— Ruthenus, *der Sterlet.*
Lampetra marina, *die Lamprete.*
——— fluviatilis, *die Bricke.*
Raja Torpedo, *der Krampffiſch.*
—— Batis, *der Stachelroche.*
—— Paſtinaca, *der Pfeilſchwanz.*
—— Oxyrinchus, *das Spitzmaul.*
—— Miraletus, *der Spiegelroche.*
—— clavata, *der Nagelrochen.*
Squalus Acanthias, *der Dornhaay.*
——— Zygæma, *der Hammerfiſch.*
——— Carcharias, *der Menſchenfreſſer.*
——— Priſtis, *der Sägefiſch.*
——— Galeus, *die Meerſau.*
Lophus piſcatorius, *der Meerfroſch.*
Tetradon Mola, *der Mühlſteinfiſch.*
Diodon Hyſtrix, *der Stachelfiſch.*
Centriſcus Scolopax, *der Schneppenfiſch.*
Singnatus Acus, *die Spitznadel.*
——— Hippocampus, *das Seepferdchen.*

AMPHIBIA.

Teſtudo orbicularis, *die Fluſsſchildgrote.*

Teſtudo lutaria, *die Sumpfſchildkröte.*

——— marina, *die Meerſchildkröte.*

——— Caretta, *die Karettſchildkröte.*

Rana eſculenta, *der Froſch.*

Lacerta Iguana, *der Leguan.*

Coluber Vipera, *die europäiſche Natter.*

Boa Conſtrictor, *die Königsſchlange.*

INSECTA.

Cancer fluviatilis, *der Fluſskrebs.*

——- Pagurus, *der Taſchenkrebs.*

——- Gammarus, *der Hummer, der Meerkrebs.*

——- Grangon, *die Garnälle.*

——- Squilla, *der Squillenkrebs.*

Locuſta, *der Heuſchreke.*

VERMES.

Cochlea, *der Schnecke.*

Mytilus edulis, *die Mieſsmuſchel.*

Oſtrea edulis, *die Auſter.*

Pholas Dactylus, *der Steinbohrer.*

Cardium edule, *das Kammdoublet.*

Echinus eſculentus, *der Seebal, der Meerapfel.*

Sepia officinalis, *der Blackfiſch*, *der Dintenfiſch.*

——— media, *die Meerſpinne.*

———. Sepiola, *die kleine Meerſpinne.*

———. Octopodia, *der Achtfuſs.*

———. Loligo, *die Seekaze.*



DE
VICTU ANIMALI
GENERATIM.

Æsus ciborum e regno animali depromptorum *Victus* dicitur *animalis.*

Indoles. Nutriunt animalia principio gelatinoſo, glutinoſo, oleoſo vel mucoſo. Hæc principia plus minus ſale alcalino vel ammoniacali imprægnata inveniuntur. Libra una cibi animalis utplurimum paullo plus quam unciam unam ſubſtantiæ nutrientis in ſe continet. *

Usus. Continent carnes animalium ſuccos noſtris humoribus ſimillimos; gelatina enim, quæ eſt in vituli fibris, nihil fere differt a lympha ſanguinis humani, parum ab adipe adeps. Ideo victus animalis facilius digeritur, plus nutrit, & magis roborat corpus humanum quam victus vegetabilis. Nam ſanguinis requiſita conſiſtentia plaſtica optime a cibo animali conſervatur & animalia carnivora multo ſunt animalibus herbivoris robuſtiora. Robur enim pendet a tenacitate glutinis fibrarum, atque majori copia rubrorum ſanguinis globulorum. Prodeſt hinc diæta animalis ſanis vi-

---

* *Comment. Academ. Regiæ Pariſinæ. Anno* 1730 & 1732.

tam

tam laborioſam exercentibus, labore nimio vel morbo prægreſſo exhauſtis, pituita vel acido laborantibus.

Abuſus. Nocet vero victus animalis *plethoricis*, copiam cruoris ſani nimium augendo; in *febribus* & morbis *inflammatoriis* eandem ob rationem & ſtimulo ſalino alcalino pulſum accellerando. * In morbis *putridis* & *ſcorbuto* ſaburram alcalino-putridam augendo. Abundat enim in carnibus ſal urinoſus. Ideo victus animalis diu continuatus ſine admixtis vel interpolatis cibis vegetabilibus aceſcentibus humores reddit putridos, tenues, fœtidos; hinc anima, ſudor & urina hominum carnivororum fœtent. Inde a victu animali pruritus, ſcabies, febris putrida, hectica, ** ſcorbutus, e ſolutis putredine humoribus diarrhææ, dyſenteriæ, hæmorrhagiæ per omnes corporis canales. Caro autem *putrida* ingeſta nauſeam, vomitum, hypercatharſim, febrem putridam inducit.

Morbi a diæta animali orti diæta vegetabili curantur.

---

* *Ill.* HALLERI *Elem. Phyſiol.* T. viii pars II. p. 44. Ego mihi videor, dicit, in repetitis exemplis, videre homines, qui multo caſeo, & ſinapi & carnibus & alio putredinoſo victu ſe ſuſtentarunt, cum ſpecie habitus athletici, vix poſſe letho eripi, ſi febris acuta acceſſerit, quales homines ſobrii & victum ſequentes vegetabilem facilius ſuperant.

** *Ill.* HALLER. l. c. T. vj. p. 211.

Multiplex denique carnium eſt differentia quo ad ſaporem, duritiem & præparationem culinarem.

1. Reſpectu *habitus*. Subpinguia animalia plus nutrimenti dant & carnem teneriorem, quam nimis macra, quæ tenacia utplurimum ſunt. *Caſtratorum* animalium caro mollis, pinguis, delicata. *Non caſtratorum* dura nauſeoſa.

2. ——— *ætatis*. *Seniorum* animalium carnes ſunt duræ, tenaces, ſiccæ, digeſtu difficiles. *Juniorum* autem molles, teneræ, humidæ. *Pulli* tamen ob nimiam mucoſitatem & dulceſcentem ſaporem brevi nauſeam pariunt.

3. ——— *æſtri venerei*. Quadrupedum mares eo, quo in venerem pruriunt tempore & cum femellis coire ſolent, virulentum contrahunt odorem, adeo ut menſis tunc apponi nequeant.

4. ——— *pabuli*. Caro animalium *herbivororum* mitis, ſubdulcis, *carnivororum* ſubacris, urinoſa, facile putreſcens. Et *piſcivororum* piſculenta, ſubrancida, limoſa, inſalubris.

4. ——— *climatis*. Idem animalium genus imo & ſpecies quibusdam in regionibus delicatiorem, in aliis viliorem habet carnem.

6. ——— *temporis anni*. Sic turdus æſtate, cum inſectis veſcitur, inſipidam, autumno uvis &

baccis paſtus delicatam & teneram habet carnem. Hinc quodvis animal eo anni tempore optime in cibum adhibetur, quo convenientiſſimum ei pabulum quærere licuit.

Denique reſpectu *præparationis culinaris* multiplex habetur carnium quoad ſaporem & duritiem diverſitas.

1. Caro *elixata.* Carnes teneriores cum aqua frigida igni admoventur donec ebulliat. Sic cruditas emendatur, & ſuccus gelatinoſus multum in aquam extrahitur.

2. —— *cocta.* Ebullitio diu protracta carnes duriores emollit, at gelatinam in aquam evocat.

3. —— *aſſata.* Absque ullo menſtruo caro ope ferru igni admovetur. Ignis poros carnis aperit & gelatinam in carnibus contentam calefacit adeo, ut fibræ in proprio ſucco gelatinoſo emolliantur. Sic carnes juniorum animalium & volucrium nimia humiditate privantur, ſapidiores & teneriores fiant.

4. —— *frixa.* Quando carnes cum butyro in ſartagine vel in craticula aſſantur. Cavendum ne butyrum vel oleum vel lardum additum nimio ignis calore empyreumatica evadant. Empyreumatica enim pinguedo inſalubris eſt.

5. —— *ſale condita.* Carnes muria ſalis conditæ diutius, a putredine præſervari & ob

humiditatem carnis ſale extractam ſapidiores redduntur. Recens caro muriata hinc tenera, facile digeranda & ſalubris, ni nimia copia aſſumatur. At antiqua caro muriata ob duritiem & incipientem putredinem inſalubris eſt. Vide *Sal culinaris.*

6. Caro *aceto condita.* Hac conditura carnes etiam duriores molleſcere, teneriores ſapidiores & ſalubriores reddi ſolent.

7. —— *infumata.* Fumo carnes redduntur ſicciores, ſapidiores & a putredine præſervantur. Si vero nimis infumantur & diutius aſſervantur, tunc ob duritiem in ventriculo vix digeri queunt, hinc diſpepſiam cauſant vel paucum & cacochymum ſanguini ſuppeditant chylum.

8. —— *aëre exſiccata.* Valde dura, inſipida, digeſtu difficillima eſt.

9. —— *embemmata.* Si caro leviter elixata de novo in embemmate lente coquitur. Embemmatum, quæ ad carnes eduntur, innumeræ ſunt ſpecies, nobis uſitatiſſimæ ſunt:

α. Embemma *butyraceum*, quod ex butyro liquefacto paratur.

β. ———— *acidum*, ſi priori embemmati acetum vel ſuccus citri incoquitur.

γ. ———— *ſanguineum*, ſi ſanguis animalis cum priori embemmate coquitur.

δ. ———— *dulce*, ſi ſaccharum, mel vel ſapa muſti embemmati miſcetur.

ε. Embemma *herbaceum* ſi embemma ex petroſelino, allio, cæpa, armoracea &c. paratur.

ζ. ——— *cremoraceum*, ſi ex lacte vel ovi vitellis.

η. ——— *aromaticum*, ſi embemmati piper, macis, cardamomum vel aliud aroma majori copia admiſcetur.

Dantur nationes barbaræ, quæ ſuas carnes crudas & recentes comedunt & aliæ quæ carnibus ſua ſponte putrefactis veſcuntur. Carnes *crudæ* non aſſuetis dyſpepſiam; *ſubputridæ* nauſeam, vomitum hypercatharſes, febrem putridam cauſant. Carnes ex animalibus rabidis vel leproſis rabiem vel lepram cauſant.

MAMMALIA.

Animalia mammis inſtructa, quæ in victum adhibentur animalem, dividi ſolent in *cicura*, *fera*, *lacuſtria*, *marina*.

MAMMALIA
CICURA.

Hæc claſſis animalium maximam partem carne gaudent ſucculenta, gelatinoſa, pingui, facile digeren-

da, hinc multum nutriente, ſaluberrima. Jura ſimul præbent ſapida & gelatinoſa, hinc animalia circura ſeu quadrupedia domeſtica frequentiſſimus cibus noſtris in regionibus ſunt.

BOS.

Bos Taurus L. der Ochſe. Bos novellus. Rind, junger Ochſe.

Mas *Taurus*, femella *Vacca* & taurus caſtratus proprie *Bos* vocatur. Taurus & Vacca ad ſextum ætatis menſem *Vitulus* & ad ſecundum ætatis annum *Juvencus* dicitur.

Virtus. Caro *bovina* bovis *novelli* eſt tenera, gelatinoſi ſucci plena, homini ſano facile digerenda. Hinc plurimis hominibus victus quotidianus, ſaluberrimus, multum nutriens, valde roborans. Caro autem bovis *vetuli* & duris laboribus emaciati tenax, dura, digeſtu difficilis eſt, atque craſſos & inſalubres generat humores.

Usus. Caro bovina editur frequentiſſime elixata, vel in proprio vapore ſuccata, rarius aſſata, aceto vel ſale macerata, aut infumata.

Præter carnes etiam reliquæ bovis partes in cibum recipiuntur:

1. *Lingua bovina* optimæ notæ cibus eſt.

2. *Cor, Renes* & *Hepar* durum valde exhibent cibum a forti ſolum ſtomacho digerendum.

3. *Pulmones* & *Lien* ob ſpongioſam & tenacem fabricam difficulter digeruntur & minus nutriunt.

4. *Ventriculi* in fruſta diſſecti ſub nomine Kuttelfleck, membranacei cum ſint, difficilius quam caro digeruntur & minus nutriunt.

5. *Cerebrum* mollius quidem eſt, at facile in ventriculo corrumpitur.

De reliquis bovis partibus ut de medulla & ſevo vide *Condimenta.*

TAURUS.

Bos Taurus L. Stier. Eſt Bos non caſtratus.

Virtus. Caro *taurina* eſt dura, ſicca, digeſtu difficilis. Ob odorem ingratum plures gentes ab hac carne abhorrent.

Usus. Hiſpani tauro in pugna cum canibus perempto veſci amant. Hoc mortis genus teneriorem & molliorem reddit carnem, at facilius putreſcentem.*

VACCA.

Bos Taurus L. Kuh. Femella Bovis Tauri.

Virtus. Caro *vaccina* eſt bovina ſiccior, minus ſapida, gelatinoſa & pinguis, atque digeſtu difficilior, quam bovina. Ideo ægrotis caro vaccæ niſi junioris non concedenda.

---

* *Cel.* Labat *Reiſe nach Spanien und Welſchland.* I. *Th.* p. 377.

Usus ut carnis bovinæ. *Ubera* elixata & addito butyro in ſartagine frixa adſperſis aromatibus gratum præbent cibum, at ob denſam pinguedinem difficulter digerendam.

VITULUS.

Bos, ſextum ætatis menſem nondum explens. Kalb.

Virtus. Caro *vitulina* eſt carne bovina ob mitiſſimam pinguedinem fibris intermixtam multo ſapidior, tenerior & ideo digeſtu facilior, at ob gelatinæ muciditatem majorem debilius præbet nutrimentum. Vituli autem nondum *bimeſtris* caro, adhuc nimis mucoſa & inſipida eſt.

Usus. Aſſata vel elixata omnium carnium ſaluberrima & molliſſima eſt caro vitulina, hinc ſanis & ægrotis convaleſcentibus ob facilitatem digeſtionis convenientiſſima. In deliciis etiam ſunt *caput* elixatum, *cerebrum* aſſatum & aromatibus conſperſum. Nec non *cor*, *renes* & *lingua*. At *pedes vitulini* cibum valde glutinoſum & *meſenterium* valde pinguem ſiſtunt.

URUS.

Bos Taurus Urus L. der Auerochs.

Virtus. Caro *Uri* juvenis non nimis dura eſſe dicitur.

Usus. A tartaris & Tartariæ vicinis populis, præſertim *condita* in uſum alimentarem adhibetur.

BUBALUS.

Bos Bubalis L. der Büffelochſe.

VIRTUS. Caro bubali juvenis valde ſapida, ſenioris vero dura, glutinoſa, craſſum ſuppeditans chylum.

USUS. Populi Aſiatici carne bubalina loco bovinæ quotidie veſcuntur.

OVIS.

Ovis Aries L. das Schaaf. Eſt aries femella.

Mas *Aries*, hic ſexto ætatis menſe caſtratus *Vervex* dicitur. Femella vocatur *Ovis* & ejus catulus *Agnus.*

VIRTUS. Caro *ovilla* inſipida, viſcoſa, ægre digerenda eſt.

ARIES.

Ovis Aries L. der Wider. Eſt aries mas.

VIRTUS. Caro tenax, odoris hircini, digeſtu difficilis, cacochyma.

VERVEX.

Ovis Aries L. der Hammel, Schöps. Eſt aries ſexto ætatis menſe caſtratus.

VIRTUS. Caro *vervecina* ſolidior quam bovina, ſucculenta tamen, digeſtu non adeo difficilis, gelatinoſa, & pinguis, tranſpirationem augens. Si cerevifia ſuperbibatur cardialgia & tormina qui-

buſdam hominibus oriuntur, quæ ſymptomata ab hauſta deſuper aqua non obſervantur.*

AGNUS.

OVIS Aries L. das Lamm. Eſt catulus ovis.

VIRTUS. Caro *agnina* facillime digeritur, gelatinoſo-mucoſa & tenera eſt, hinc reconvaleſcentibus bonus cibus.

USUS. Cum acetoſa, cerefolio vel dracunculo cocta valde ſapit, *aſſata* tamen magis.

CAPRA.

CAPRA Hircus L. die Ziege, die Geiß. Eſt hirci femella.

Mas *Hircus*, femella *Capra* dicitur. Hircus ſexto a nativitate menſe caſtratus vocatur *Caprus* vel *Caper.* Catulus autem capræ *Hædus* nominatur.

VIRTUS. Caro *caprina* dura, digeſtu difficilis.

HIRCUS.

CAPRA Hircus L. der Bock. Eſt mas capræ.

VIRTUS. Caro *hircina* ob teterrimum odorem vix deglutienda.

USUS. In nonnullis Sueciæ provinciis tamen comeditur.

CAPRUS ſeu CAPER.

CAPRA Hircus L. der verſchnittene Bock. Eſt Hircus caſtratus.

---

* *Cel.* ZÜKERT *l. c.* p. 91.

VIRTUS. Caſtratione odor hircinus multum non autem perfecte amittitur. Caro *caprea* dura a ſolo ventriculo robuſto ſuperari poteſt.

HÆDUS.

CAPRA Hircus L. das Ziegenböcklein. Eſt catulus capræ.

VIRTUS. Caro *hædina*, mollis, digeſtu facilis, bonum largitur alimentum.

SUS.

SUS Scrofa L. das Schwein.

Mas *Verres* der Eber, femella *Scrofa* der Mohr, dicitur. Verres ſexto ætatis menſe caſtratus *Majalis* der Barg ſolet vocari. Scropha bis de anno *porcellos* Ferklein deponit. *Porcelli* qui ubera adhuc ducunt, *lactentes* Spanferklein nominantur.

VIRTUS. Caro *ſuilla* ſeu *porcina*, quæ mediæ ætatis eſt optima, & ſapida, at ob pinguedinem digeſtu aliquantum difficilior, chylum viſcidiorem largitur, tranſpirationem minuit, hinc caro hæc ſolis hominibus exercitatam vitam ducentibus conveniens cibus eſt.

Abuſus carnis valde pinguis dyſpepſiam, obeſitatem, ſcabiem, acrimoniam rancidam & lepram, ſi ſcropha lentigine laborat, cauſat.

USUS. Ab omnibus fere gentibus, præter Judæos & Muhametanos, quibus religio uſum hujus carnis

vetat, in cibum recipitur. Editur cocta - aſſata, - frixa, ſalita, infumata, perfumata.

Salita caro porcina Pöckelfleiſch tenerior & ſapida eſt, ſi vero maceratio in muria nimis protrahatur, tunc dura, rancida, putreſcens & inſalubris redditur.

Infumata caro ſalubrior eſt quam perfumata. Attenuat fumus tenacitatem, minuit pinguedinem, excitat ventriculum ad digeſtionem. Hinc dantur, qui infumatam porci carnem facilius digerunt quam coctam, aſſatam, & frixam. Delicatiſſimam ſuis infumati partem conſtituunt.

Pernæ ſeu *Petaſones* Schinken, qui ſi teneri nec nimis ſaliti ſunt, facile in ventriculo digeruntur. Pernæ autem vetuſtæ nimis duræ aut tenaces cibum ſiſtunt difficulter digerendum, inſalubrem.

Præparata porcina ſunt:

1. *APEXABONES* Blutwürſte, cacochymi ſunt ob ſanguinem facile in ventriculo putreſcentem & lardum ranceſcens.

2. *TOMACULÆ* ſeu *TOMACINÆ* Leberwürſte. Gratiores at digeſtu difficiliores ſunt, niſi hepar molle & aromate bene conditum.

3. *LUCANICÆ* Bratwürſte. Delicatiſſimæ ex his ſunt *Inſiciæ* ſeu *Sauciſſons*, & ſalubres, ſi pinguedine & nimio aromate non turgeant.

4. *FARCIMINA INFUMATA.* Servelade vel Knackwürſte. Ob ſaporis gratiam multis in deliciis habentur, at ſi nimis fumo indu-

rata, aut nimis piperata, nocent, quibus ventriculus debilis, hæmoptoicis, ſcabioſis, reconvaleſcentibus, hypochondriacis.

PORCELLUS.

Sus Scropha L. quæ ubera adhuc ducit. Spanferkel.

Virtus. Caro humida, ſuavis, concoctu facilis, ſi pinguedine non peccat.

Usus. Aſſata gratiſſimum præbet ferculum. Leniter *infumata* caro ob teneritatem ſalubrior quam ſuilla perfumata.

CAMELUS.

Camelus Dromedarius L. das Kameel, der Dromedar.

Virtus. Caro cameli juvenis ſapida, digeſtu facilis.

Usus. Affricanis & Aſiaticis gentibus in frequentem cibum cedit.

CANIS.

Canis familiaris L. der Hund.

Virtus. Caro canina digeſtu facilis, ſubdulcis, parum nutriens.

Usus. In inſulis Canarienſibus, Indiæ, Chinæ, Canadæ incolæ hodiedum carne canina veſcuntur.

EQUUS.

Equus Caballus L. das Pferd.

Virtus. Caro ſpongioſa, dulcis adeo ſaporis, ut niſi nitro vehementer ſalita comedi nequeat.

Usus. Tartari carne equina ſemicruda veſcuntur. Caro equina tamdiu coquenda eſt donec non amplius ſpumet. Hæc elixata vel aſſata non adeo contemnendi ſaporis eſſe dicitur. Sæpe jam in obſidonibus exoptatus fuit famelicis cibus.

ASINUS.

Equus Aſinus L. der Eſel.

Virtus. Caro pulli tenera & ſapida. Caro *Onagri* Waldeſel cervinæ proxima a veteribus fuit habita. Caro aſini ſenioris guſtu inſuavis, digeſtu difficilis, cacochyma.

Usus. Ab Italis, quibus pullus in deliciis eſt, comeditur.

MAMMALIA FERA.

Fera mammalia, quum magis quam domeſtica motu exerceantur, atque acriori veſcantur pabulo, ſicciorem, teneriorem, ſapidiorem & digeſtu faciliorem præbent carnem, quam animalia cicura. At ob minorem gelatinæ & pinguedinis copiam, caro ferina ad juſcula paranda adhiberi nequit. Ob ſalis urinoſi copiam tranſpirationem cutaneam ad ſudorem usque promovet * & morbis ab acido ortis medetur.

* *London Magazin.* 1759. p. 244.

At copioſior & longior carnis ferinæ eſus multo citius quam caro animalis cicuri nauſeam, ructus putridos, ſitim & diſpoſitionem ad morbos putridos gignit.

APER.

Sus Scrofa Aper ſylveſtris L. die Wildſchwein, Schwarz Wildpret.

VIRTUS. Caro *aprina* firmior, ſapidior, tenerior & digeſtu facilior eſt quam ſuilla. Autumno optime ſapit. *Caput* pars nobiliſſima apri cenſetur.

Porcellus ſylveſtris der Friſchling, qui aper duorum menſium eſt, delicatiſſimum ſiſtit cibum.

USUS. Editur elixa, aſſata, ſale condita. Caro aprina diu a corruptione ſervari poteſt.

CERVUS.

Cervus Elaphas L. der Hirſch.

VIRTUS. Caro *hinnuli* ſeu cervi adhuc juvenis ſatis tenera, ſapida & nutritia eſt. At caro cervi adulti & cervæ digeſtu eſt difficilior.

USUS. Editur ut aprina caro. *Cornua* mollia hinnuli elixata in taleolos ſciſſa & frixa delicatum, gelatinoſum ſiſtunt cibum.

CAPREOLUS.

Cervus Capreolus L. das Reh.

VIRTUS. Caro capreoli biennio non majoris tenera, digeſtu facilis, multum nutriens, carne cervina delicatior. Exquiſitiſſima caro hæret ad lumbos,

quæ Ziemer, hanc ſequitur illa femorum, quæ Rehſchlegel dicitur.

Usus. Editur aſſata.

LEPUS.

Lepus timidus L. der Haſe.

Virtus Caro *lepuſculi* ſeu leporis a tertio ad octavum menſem ſapida & digeſtu facilis eſt. Caro leporis ſenioris tenax, minus ſapida, digeſtu difficilis. Copioſe aſſumpta caro leporina ventriculum gravat & inſomnia parit. Cavendum etiam, ne globuli ſclopeti interdum carni adhærentes inſimul devorentur, hi enim colicam ſaturninam inducunt.

Usus. Editur aſſata.

CUNICULUS.

Lepus Cuniculus L. das Kaninchen.

Virtus. Caro albicans, leporina mollior, humidior, digeſtu facilior, at minus ſapida minusque nutriens. Cuniculus junior adultiori, ferus domeſtico præfertur.

Usus. In deliciis habetur a Suecis, Belgis, Hiſpanis & Anglis. Editur caro aſſata.

CAVIA PORCELLUS.

Cavia Porcellus L. das Meerſchweinchen.

Virtus. Caro, quæ cuniculo congruens, in Gallia editur.

RUPI-

RUPICAPRA.

CAPRA Rupicapra L. die Gämſe.

VIRTUS. Caro rupicaprea dura, tenax, digeſtu difficillima.

RUPICAPRA SIBIRICA.

OVIS Ammon L. das wilde Schaaf.

VIRTUS. Kamtſchadali carnem & pinguedinem, quæ delicatiſſima dicitur eſſe, in deliciis habent.

IBEX.

CAPRA Ibex L. der Steinbock.

VIRTUS. Ruſtici alpium Helveticarum dura hac carne, quam cervinæ ſimilem eſſe dicunt, veſcuntur.

ALCES.

CERVUS Alces L. das Elendthier.

VIRTUS. Caro alcis junioris aſſata delicati ſaporis & facilis digeſtionis eſt. Caro autem adulti animalis dura & digeſtu difficilis.

USUS. Incolæ regionum borealium alcibus veſcuntur.

DAMA.

CERVUS Dama L. der Domhirſch.

VIRTUS. Convenit cum carne Capreoli.

TARANDUS.

CERVUS Tarandus L. das Rennthier. *Rangifer.*

VIRTUS. Caro velociſſimi animalis ſapidiſſima, digeſtu facillima.

VULPES.

Canis Vulpes L. der Fuchs.

Virtus. Autumno uvarum eſu pingueſcens vulpes in cibum recipitur, extra autumnum dura & viroſi odoris eſt caro vulpina.

Usus. Caro elixa vel aſſata a Sarmatis & ruſticis Gallis editur.

ERINACEUS.

Erinaceus europæus L. der Igel, der Schweinigel.

Virtus. Caro erinacea pinguis quidem, at duriſſima, digeſtu difficillima. Verſus autumnum pomis & uvis pinguefactus erinaceus aliquantum tenerior eſt.

Usus. Caro diu aceto vel vino fervido macerata & aromate bene condita ab Hiſpanis & Indianis in uſum alimentarem adhibetur.

HYSTRIX.

Hystrix criſtata L. die Stachelſchwein.

Virtus. Caro hyſtricis dura, digeſtu difficilis, ſubdulcis.

Usus. Præparanda ut caro Erinacei. Romæ in foro venditur.

MARMOTA.

Mus Marmota L. das Murmelthier. *Mus montanus.*

Virtus. Caro ſuillæ ſimilis eſt, præſertim hyeme, ubi Marmota pingueſcit.

Usus. Ab incolis Alpinis elixa, aſſàta, muriata & infumata editur.

URSUS.

Ursus Arctos L. der Bär.

Virtus. Caro juvenculi, hyeme capti, ſale condita & ob nimiam ſpongioſitatem fumo ſiccata edulis eſt. Pingues pernæ maxime laudantur. Adulti vero urſi caro fœtens & digeſtu difficillima eſt.

Usus. Caro urſina Alpinis, Norvegis, Ruſſis & Kamtſchadalibus in deliciis habetur.

TAXUS.

Ursus Meles L. der Dachs.

Virtus. Taxus autumno uvis & pomis pingueſcit, hinc ejus caro autumno delicata, ſuillæ ſimilis.

Usus. Comeditur in Italia, Helvetia, Germania.

SCIURUS.

Sciurus vulgaris L. das Eichhörnchen.

Virtus. Caro albida, ſubdulcis, ſaporis ut caro gallinæ, ſalubris, digeſtu facilis. Sciurus niger præfertur rutilo.

Usus. A ruſticis Norvegis editur in juſculis.

CITELLUS.

Marmota Citellus L. das Erdzeiſelgen.

Virtus. Caro albida priori ſimilis.

GLIS ESCULENTUS.

Glis eſculentus L. die Rellmaus.

Virtus præcedentis.

CATUS.

Felis Catus domeſticus L. die Hauskaze.

Usus. Caro leporinæ ſimilis eſſe dicitur, & a quibusdam hominibus in Hiſpania, Gallia, Hollandia comeditur.

RATTUS.

Mus Rattus L. die Raze.

Usus. Nigritæ Jamaicenſes capite, cauda & pedibus rejectis carnem teneram & pinguem in deliciis habent. * Etiam in Sibiria & Martinica in cibum recipitur.

MUS.

Mus Muſculus L. die Maus.

Usus. Tunguſi & Incolæ Inſulæ Martinicæ absque faſtidio muribus veſcuntur. **

MAMMALIA LACUSTRIA.

Mammalia in lacubus viventia ob carnem duram, pinguedinem ſubrancidam, ſaporem & odorem pi-

* *Hamburg. Magaz.* X. *B.* p. 557. & Büffon *verſ. Thiere* IV. *B.* p. 236.

** *Ill.* Buffon l. c. p. 236.

ſcinum digeſtu ſunt valde difficilia, hinc dyſpepſiam & cacochymiam facile generant.

LUTRA.

Mustela Lutra L. die Fiſchotter.

Virtus. Caro dura, ſaporis & odoris rancidi, digeſtu difficilis. Nihilominus diebus jejunii magnatum menſis apponitur.

CASTOR FIBER.

Castor Fiber L. der Bieber.

Virtus. Caro dura, digeſtu difficilis, odoris piſcini, ſubrancidi, ob pinguedinem copioſe carni intermixtam faſtidium brevi generans, validum ſiſtens nutrimentum. Exquiſitiſſima animalis pars cauda eſt.

Usus. Apud Norvegos in deliciis habetur.

MAMMALIA MARINA

Mammalia in pelago viventia carne ſunt prædita admodum dura multaque pinguedine ſubrancida, hinc valde dyſpepta & cacochyma, paucis exceptis, deprehenduntur. Exhibent nutrimentum populis maritimis.

PHOCA VITULINA.

Phoca vitulina L. das Seekalb, der Seehund. *Vitulus marinus.*

Virtus. Caro junioris phocæ ſaporem carnis agninæ habet, ob copioſam admixtam pinguedinem ſubrancidam digeſtu difficilis & inſalubris eſt cibus. A pinguedine liberata caro ut Salmo ſiccatus ſapit.

Usus. Editur in Norvegia, Suecia, Islandia.

LUTRA MARINA.

Mustela Lutris L. die Meerotter, die Seeotter.

Virtus. Caro præſertim femellæ junioris tenerior & ſapidior eſt quam phocæ vitulinæ, eſus ejus ſcorbutum curare dicitur. *

Usus. Editur aſſata, & elixa ſapidum jus præbet.

ROSMARUS.

Trichecus Rosmarus L. das Wallroß.

Virtus. Caro ſapida, carni ſuillæ ſimilis.

PHOCA URSINA.

Phoca urſina L. der Seebär.

Virtus. Caro femellæ ſapida ut caro agnina eſt, juniorum caro aſſata ſaporem porcelli, adultorum vero veratri ſaporem habet, nauſeam & vomitum creat.

PHOCA LEONINA.

Phoca leonina L. der Seelöwe.

Virtus. Caro dura, exquiſitiſſima pars lingua eſt, quæ linguæ bovinæ ſaporem habet.

---

* *Cel.* Stellers *Meerthiere* p. 204-206.

MANATUS.

TRICHECUS Manatus L. die Seekuh, der Meerochs. *Vacca marina.*

VIRTUS. Carnem coctione admodum turgentem, firmam, bovinæ ſimilem habet. Muria conditus manatus ut caro bovina ſalita ſapit. Diu etiam calidiſſimo anni tempore, etſi larvis verminoſis ſcateat, absque fœtore conſervari ſe ſinit.

USUS. Editur ſalita & aere ſiccata, in Guiana & India.

BALÆNA.

BALÆNA Myſticetus L. der gemeine Wallfiſch.

VIRTUS. Caro rubra, dura, ſicca, ſapor carni bubulæ congruens.

USUS. Populi ſeptentrionales carnem elixatam edunt, pinguem carnem in longa loromenta ſcindunt, quæ in aere exſiccant & pro cibo aſſervant. Cauda & lingua pars animalis junioris exquiſitiſſima eſt. Editur a Grœnlandis, Islandis & Kamſchadalis.

PHYSALUS.

BALÆNA Phyſalus L. der Finnfiſch.

VIRTUS. Caro hujus balenæ eſt priori ſapidior, & ſturionis ſimilis. Lardum autem deterius.

USUS. Editur a Grœnlandis.

COTODON.

PHYSETER Cotodon L. der Wittfiſch.

Virtus. Caro & pinguedo ſapida.

Usus. Cauda ſale & aceto condita ſaporem carnis ſuillæ ſimilem habent.

MACROCEPHALUS.

Physeter Macrocephalus L. der Pottfiſch, der Kaſchelott.

Virtus. Caro pulchre rubens, at tendinoſa & dura, diu a putredine immunis manens. Hic piſcis nobis *ſperma ceti* elargitur.

DELPHINUS.

Delphinus Phocæna L. das Meerſchwein, der Braunfiſch.

Virtus. Caro nigricans, dura, digeſtu difficilis, non autem inſipida, carni vaccinæ ſimilis.

Usus. Caro ſale condita, aceto vel vino macerata & cum herbis aromaticis elixa vel in tomaculis editur a Grœnlandis & Norvegis.

DELPHIS.

Delphinus Delphis L. der Delphin, der Tümmler.

Virtus. Caro ſapida, editur ab incolis Inſulæ Tabago.

MONOCEROS.

Monadon Monoceros L. das Einhorn, der Narwal.

Virtus. Caro ſapida magni æſtimatur a Grœnlandis.

AVES.

Claſſis volucrium, quæ in uſum alimentarem adhibentur, dividi ſolet in aves *granivoras*, in *inſectivoras* & in *piſcivoras*.

AVES GRANIVORÆ.

Caro avium, quæ granis veſcuntur, eſt carne quadrupedum domeſticorum delicatior, & digeſtu facilior, non autem validum ſed leve præbet nutrimentum, hinc imbecillibus & ægrotis præſertim caro pullorum convenit, laborioſis autem & robuſtis hominibus non ſufficit.

In deliciis ſunt, quæ carne alba, ut genus gallinaceum, gaudent, hæ optimum & ſaluberrimum præbent alimentum, non ita, quibus avibus fuſca eſt caro, his enim firmiores ſunt fibræ, digeſtu difficiliores.

GALLUS DOMESTICUS.

Phasianus Gallus domeſticus L. der Hahn.

Mas *Gallus*, femina *Gallina* & ambo primis a partu ſeptimanis *Pulli* dicuntur. Gallus tertio menſe caſtratus *Capo*; Gallina autem caſtrata, *Pullarda* vocatur.

Virtus. Caro galli *junioris* bene ſaginati digeſtu facilis, ſapida, bonum largitur chylum. Galli *adultioris* vero caro, qui crebrius jam venerem exercuit, eſt ſicca, tenax, digeſtu difficilior. *Criſtæ gallinaceæ* ut & *teſtes* juniorum gallorum magni æſtimantur a quibusdam.

Caponis vero caro, maxime Stirenſis, multo pinguior, tenerior, delicatior & digeſtu facilior eſt quam galli non caſtrati vel gallinæ.

Usus. Capones & Galli juniores eduntur aſſati; Galli adultiores elixatione multum emolliuntur, & ad paranda juſcula nutrientia adhiberi ſolent, quorum gelatina ſextam conſtituit partem.

GALLINA DOMESTICA.

Gallina domeſtica L. die Henne. Femina *Galli gallinacei.*

Virtus. Caro gallinæ *junioris* delicata, digeſtu facilis; carne galli præſtantior. Hinc propter carnis teneritudinem ab omni ævo in ſaluberrimum cibum recepta eſt. Gallinæ vero *annoſæ* caro, quæ aliquoties jam ova depoſuit, eſt tenax, digeſtu difficilis, pro ſapidis vero juſculis parandis valde apta. Hæc debilitatis & a morbo reſtitutis inſerviunt.

Caro gallinæ, ovariorum exſectione caſtratæ ſeu *Pullardæ* eſt carne caponis adhuc delicatior. Chimæra eſt, quod frequens ejus eſus podagram gignat.

Usus præcedentis.

PULLUS GALLINACEUS.

Galli & *gallinæ* aliquot ſeptimanarum. Die junge Hüner.

Virtus. Nihil eorum carne delicatius & tenerius, hinc debilitatis a morbo vel alia cauſa exhauſtis convenientiſſimus cibus.

Usus. Sanis ob mollitiem aſſati, ægris in embemmate cum ſucco citri acidulato præbentur.

GALLUS INDICUS.

Meleagris Gallopavo L. der Indian, der Calecutiſche Hahn.

Virtus. Caro Gallopavonis bene ſaginati ſapida, tenera, facile digerenda. In pectore alba & tenera, in lumbis & poſteriore parte bruna & durior eſt. Gallus indicus præſertim caſtratus præſtantiorem habet carnem quam gallina indica.

Usus. Editur aſſatus. *Annoſus* in juſculo melius datur vel gelatus. Fabula eſt caput eſſe venenatum.

PAVO ſeu PAVUS.

Pavo criſtatus L. der Pfau.

Virtus. Caro pavonis *junioris* tenera eſt & Romanis olim in deliciis fuit. *Senioris* autem caro dura, ſicca & digeſtu difficilis.

PHASIANUS.

Phasianus Colchicus L. der Faſon.

Virtus. Caro exquiſitiſſimi ſaporis, præſertim in Bohemia, tenera, facilis, digeſtu, optimum præbens alimentum. Diu in frigore incorrupta permanens.

NUMIDA.

Numida Meleagris L. das Perlhuhn.

Virtus. Caro ad carnem Galli indici accedit, ſapidior redditur, ſi aliquot dies aeri exponatur. Rarius hæc avis in noſtris cortibus, ob horrendos, quos edit clamores, educatur.

UROGALLUS.

Tetrao Urogallus L. der Auerhahn.

Virtus. Caro duriuſcula, ſicca, validum præbens nutrimentum, odoris abietini, cum avis gemmis abietis veſcatur.

TETRIX.

Tetrao Tetrix L. das Birkhuhn.

Virtus. Caro *junioris* Tetricis tenera, ſapida, alba, concoctu facilis. Sed *veteris* caro durior, digeſtu difficilis, hinc diu aeri exponenda.

LAGOPUS.

Tetrao Lagopus L. das Schneehuhn.

Virtus. Caro tenera, præſtans, perdicibus congruens.

PERDIX.

Tetrao Perdix L. das Rebhuhn.

VIRTUS. Caro poſt phaſianum delicatiſſimi ſaporis, æſtate & autumno optima, digeſtu facilis & egregii alimenti. *Annoſæ* perdicis caro ad jura nutrientia recipitur.

PERDIX RUFFA.

TETRAO ruffus L. das röthlichte Rebhuhn.

VIRTUS. Caro ejus perdice vulgari delicatior.

FRANCOLINUS.

TETRAO Francolinus L. der Francolin, das franzöſiſche Rebhuhn.

VIRTUS. Caro hujus avis in Gallia valde æſtimatur.

ATTAGEN.

TETRAO Bonaſia L. das Haſelhuhn. *Gallina corylorum.*

VIRTUS. Carnem teneram & albam, ſapidiſſimam, digeſtu facilem habet, quæ optimum præbet alimentum.

TARDA.

OTIS Tarda L. der Trappe.

VIRTUS. *Junioris* caro tenerior, delicata, *veteris* autem dura, elixatione in vaſis clauſis vix emollienda & tunc adhuc durum præbens alimentum.

ANSER DOMESTICUS.

ANAS Anſer domeſticus L. die zahme Gans.

Virtus. *Junioris* anſeris caro ſapida, digeſtu facilis. *Adulti* & bene ſaginati caro a multis gentibus in deliciis habetur, at anſerinam carnem digeſtu eſſe difficilem experientia docuit. Hinc a copioſo & frequenti ejus uſu cachexia, obſtructio viſcerum, febris intermittens dicitur obſervata.

Usus. *Elixata* vel *aſſata* editur. *Infumata* vilioris adhuc notæ eſt, hæc elixata difficilius a ventriculo digeritur quam caro cruda cum pipere comeſta. *Hepar* anſeris ſaginati eſu ſuaviſſimum eſt, at ob nimiam pinguedinem ſæpe ventriculo inimicum.

ANSER FERUS.

Anas Anſer ferus L. die wilde Gans, die Schneegans.

Virtus. Caro tenacior, ſiccior, digeſtu difficilior quam Anſeris domeſtici. Hyeme caro aceto bene macerata in artocreata recipitur.

COLUMBA.

Columba Oenas L. die Haustaube.

Virtus. Caro *juniorum* columbarum, quæ nondum volare poſſunt, ſapida, tenera, digeſtu facilis, at caro *adultarum*, niſi elixatione & maceratione in aceto tenerior reddatur, tenax, digeſtu difficilis & inſalubris eſt. Quæ agros pervagantur columbæ Feldtauben iis, quæ in hypocauſtis aluntur, gratiores ſunt.

PALUMBUS.

Columba Palumbus L. die Wildtaube.

VIRTUS. Caro *pullorum* ob teneritudinem carnis bonum & ſapidum præbent cibum. At *ſenioris* Palumbi caro dura & coriacea eſt.

TORTUR.

COLUMBA Tortur L. die Turteltaube.
VIRTUS. Caro junioris & pinguis Turturis ſapidior & tenerior carne columbæ domeſticæ eſt.

PSITTACUS.

PSITTACUS nobilis & ſeverus L. der Papagey.
VIRTUS. Caro pullorum carni columbinæ ſimilis.

ALAUDA ARVENSIS.

ALAUDA arvenſis L. die Feldlerche.
VIRTUS. Autumno mirum in modum Alauda pingueſcit, tunc ejus caro tenera, ſapida, digeſtu facilis, ſaluberrima. Saporis excellentia Alaudarum Lipſienſium & Hallenſium a paſtu *Allii urſini* Hundsknoblauch eſt. Oſſicula una cum carne deglutita ſæpe cardialgiam inducunt.

ALAUDA PRATENSIS.

ALAUDA pratenſis L. die Wieſenlerche.
VIRTUS. Caro ſapidiſſima præcedentis.

ALAUDA ARBOREA.

ALAUDA arborea L. die Baumlerche. Waldlerche. Schmervogel.
VIRTUS præcedentis.

ALAUDA CAMPESTRIS.

Alauda campeſtris L. Kothlerche. Brachlerche.
Virtus prioris.

ALAUDA ALPESTRIS.

Alauda alpeſtris L. die Berglerche. Winterlerche. Schneelerche.
Virtus prioris.

SPINOLETTA.

Alauda Spinoletta L. die Florentinerlerche, der Grünling.
Virtus prioris.

ALAUDA CRISTATA.

Alauda criſtata L. die Schopflerche, die Haubenlerche.
Virtus prioris.

ALAUDA CALANDRA.

Alauda calandra L. der weiſſe Hortulan.
Virtus prioris.

CARDUELIS.

Fringilla Carduelis L. der Stiegliz. Diſtelfink. Rothvogel.
Virtus præcedentis.

FRINGILLA DOMESTICA ſeu PASSER.

Fringilla domeſtica L. der Sperling, der Spaz.

Virtus.

Virtus. Caro dura, inſalubris, hinc inde tamen comeditur. Ab ejus eſu libidinem excitari, quia avis ſalaciſſima ſit, fabulam ſapit.

FRINGILLA MONTANA.

Fringilla montana L. der Berg ſeu Feldſperling. Bergſpaz.

Virtus præcedentis.

MONTIFRINGILLA.

Fringilla montifringilla L. der Bergfink.

Virtus. Caro tenera, at ſaporis amaricantis.*

FRINGILLA CANNABINA.

Fringilla cannabina L. der Hänfling.

Virtus præcedentis.

FRINGILLA SPINUS.

Fringilla Spinus L. der Zeiſig, das Zeisgen.

Virtus præcedentis.

FRINGILLA CITRINELLA.

Fringilla Citrinella L. das Citrinlein.

Virtus præcedentis.

FRINGILLA COELEBS.

Fringilla cœlebs L. der Fink.

Virtus. Caro ſapida, digeſtu facilis, ſalubris.

---

* *Cel.* Scopoli *ann.* I. *hiſt. nat.* 149.

FRINGILLA CANARIA.

FRINGILLA canaria L. der Canarienvogel.
VIRTUS præcedentis.

FICEDULA.

MOTACILLA Ficedula L. der Feigeneſſer, der braune Fliegenſchnápper.
VIRTUS. Caro ſapida, non inſalubris.

MOTACILLA OENANTHE.

MOTACILLA Oenanthe L. das Weiskehlchen, der Weisſchwanz.
VIRTUS præcedentis.

MOTACILLA ALBA.

MOTACILLA alba L. die Bachſtelze.
VIRTUS. Caro digeſtu facilis, ſalubris.

MOTACILLA FLAVA.

MOTACILLA flava L. die gelbe Bachſtelze.
VIRTUS præcedentis.

RUBECULA.

MOTACILLA Rubecula L. das Rothkehlchen, das Rothkropfchen.
VIRTUS. Caro digeſtu facilis, ſalubris.

ERITHACUS.

MOTACILLA Erithacus L. der Rothſchwanz, das Rothſchwánzchen.

Virtus. Caro præcedentis.

PHOENICURUS.

Motacilla Phœnicurus L. das Schwarzkehl-chen, der Röthling.

Virtus. Caro præcedentis.

MOTACILLA TROGLODYTES.

Motacilla troglodytes L. Zaunſchlupfer, der Zaunkönig.

Virtus præcedentis.

LUSCINIA.

Motacilla Luſcinia L. die Nachtigall.

Virtus. Caro ſapore non adeo exquiſito eſt prædita.

CURRUCA.

Motacilla Curruca L. die Grasmüke, der Spottvogel.

Virtus. Caro non adeo inſipida, facilis digeſtu.

REGULUS.

Motacilla Regulus L. der Haubenkönig, das Goldhähnchen.

Virtus præcedentis.

TURDUS VISCIVORUS.

Turdus viſcivorus L. die Schnarre, der Zari-zer.

Virtus. Caro tenera, digeſtu facilis, ſalubris. Avis inter Turdos maxima & valde carnoſa.

TURDUS PILARIS.

Turdus pilaris L. der Krammetsvogel, der Krannabetsvogel. *Juniperinus.*

Virtus. Caro omnium Turdorum ſapidiſſima & tenerrima, digeſtu facilis, ſalubris. Sapidior eſt, ſi baccis juniperi diu paſtus fuit. Ventriculus ante eſum bene a contentis expurgandus, cum quandoque ſemen hyoſciami, quo hæ aves impune veſcuntur, contineat. Veteres magnas olim greges harum avium in aviariis ſaginabant.

MERULA.

Turdus Merula L. die Amſel, die Schwarzdroſſel.

Virtus. Caro tempore vindemiarum ſapidiſſima, turdi pilaris fere ſimilis, tenera, digeſtu facilis. Si vero juniperi baccis veſcatur avis, tunc caro amaricans redditur.

TURDUS ILIACUS.

Turdus iliacus L. der Buntdroſſel, die Weindroſſel.

Virtus. Caro digeſtu facilis, ſalubris.

TURDUS MUSICUS.

Turdus muſicus L. die Singdroſſel, die Zippe.

Virtus. Caro ſapida, digeſtu facilis, ſalubris.

TURDUS POLYGLOTTOS.

TURDUS polyglottos L. die Spottdroſſel, der Spottvogel.

VIRTUS. Caro ſapidiſſima.

GARRULUS.

AMPELIS Garrulus L. der Seidenſchwanz, der Sterbvogel.

VIRTUS. Caro ſapida & pinguis. *

GALBULA.

ORIOLUS Galbula L. der Kirſchvogel, die Gold-amſel.

VIRTUS. Avis valde pingueſcit & carne tenera ſapidiſſima gaudet.

COTURNIX.

TETRAO Coturnix L. die Wachtel.

VIRTUS. Caro coturnicis bene paſti tenera, ſapidiſſima, digeſtu facilis, ſalubris. Nimia vero pinguedo, qua hæc avis quandoque abundat, dyſpepta eſt. Timor inanis eſt, ab eſu coturnicis epilepſia hominem poſſe corripi, quia hæ aves hoc morbo quandoque laborent; plura enim animalia epileptica ſine noxa fuere comeſta. Ventriculus avis abjiciatur, ſæpe enim ſemina hellebori & lolii temulenti in eo deprehenduntur.

---

* *Fränk. Samml.* II. p. 439. FISCHERS *Naturg. von Livland.* p. 95.

HORTULANUS.

EMBERIZA hortulana L. die Ortolan, die Gartenammer.

Virtus. Caro pinguis, delicatiſſima, in Italia & Gallia præprimis adamata. Hæ aves ex his regionibus deplumatæ & farina conſperſæ in ciſtis in exteras regionis tranſportantur. Elixatæ parum aves ac dein aceto & aromate conditæ integro anno conſervari ſe ſinunt.

Usus. Editur cum petroſelino & cruſta ſemelæ raſæ, in craticula frixa.

CITRINELLA.

EMBERIZA Citrinella L. die Goldammer, der Aemerling.

Virtus. Caro pinguis, ſapidiſſima. *

EMBERIZA NIVALIS.

EMBERIZA nivalis L. die Schneeammer, der Schneevogel.

Virtus. Caro avis milio & cannabe bene paſtæ ſapidiſſima, ſalubris.

CURVIROSTRA.

LOXIA curviroſtra L. der Krummſchnabel, der Kreuzſchnabel.

Virtus. Caro ſalubris, autumno pinguis, digeſtu facilis.

---

* *Cel.* DÖBELS *Jäg. Prakt.* I. *B.* p. 63.

PYRRHULA.

Loxia Pyrrhula L. der Gümpel, der Dompfaff. der Thumpfaff.

Virtus. Caro ſapida, ſalubris.

COCCOTHRAUSTES.

Loxia Coccothrauſtes L. der Kernbeiſſer, der Steinbeiſſer.

Virtus. Caro pinguis, ſapidiſſima.

CHLORIS.

Loxia Chloris L. der Grünling, der Grünfink.

Virtus. Caro autumno ſapidiſſima.

AVES INSECTIVORÆ.

Caro harum avium non adeo mitis & dulceſcens ut granivorarum eſt, ſed ſubacris, urinoſa, ſeu alcaleſcens. Hinc hominibus *acido* laborantibus ſalubris, *putrido* autem laborantibus valde noxia, cum putredinem promoveat, & abuſus eam inducat. Quiqusdam caro tenera aliis tenax, dura aut cadaveroſi odoris.

SCOLOPAX RUSTICOLA.

Scolopax Ruſticola L. die Waldſchnepfe.

Virtus. Caro autumno tenera, exquiſitiſſimi ſaporis. Editur aſſata una cum inteſtinis. Guloſi excrementa hujus avis in deliciis habent.

SCOLOPAX GALLINAGO.

SCOLOPAX Gallinago L. die Mooſchnepfe, die Waſſerſchnepfe, die Becaſſine.

VIRTS. Caro ſapore delicatiſſimo gaudet.

SCOLOPAX ARQUATA.

SCOLOPAX arquata L. die Doppelſchnepfe, der Brachvogel.

VIRTUS. Caro hujus ſcolopacis eximie ſapida.

GALLINULA.

SCOLOPAX Gallinula L. die Rohrſchnepfe, das Wäſſerhühnchen.

VIRTUS prioris.

SCOLOPAX GLOTTIS.

SCOLOPAX Glottis L. der Regenſchnepf, das Meerhuhn.

VIRTUS præcedentis.

SCOLOPAX LIMOSA.

SCOLOPAX limoſa L. die Pfuhlſchnepfe.

VIRTUS præcedentis.

MORINELLUS.

CHARADRIUS Morinellus L. der Mornell.

VIRTUS. Caro valde ſapida.

CHARADRIUS APRICARIUS.

CHARADRIUS apricarius L. der Feldlaufer, der Grillvogel.

Virtus caro pinguis & ſapida. *Ova* delicata.

PLUVIALIS.

Charadrius Pluvialis L. die Düte, der grüne Regenpfeiffer.

Virtus. Caro ſapidiſſima. In Gallia una cum inteſtinis comeditur.

TRINGA PUGNAX.

Tringa pugnax L. das Streithuhn, der Kampfhahn.

Virtus. Caro maris ſicca & fœtida, ſed caro femellæ, quæ Begine audit, ſapidiſſima eſt.

TRINGA OCROPHUS.

Tringa ocrophus L. das rothe Waſſerhuhn.

Virtus. Caro eximie ſapida.

TRINGA SQUARATOLA.

Tringa Squaratola L. die Brachamſel, der graue Kiebiz.

Virtus præcedentis.

TRINGA CANUTUS.

Tringa canutus L. das graue Waſſerhuhn.

Virtus. Caro pinguis in deliciis habetur.

VANELLUS.

Tringa Vanellus L. der Kibiz.

Virtus. Caro autumno pinguis, ſapida, digeſtu facilis, ſalubris. Pro podagricis & arthriticis eximius dicitur eſſe cibus. * *Ova* ſapidiſſima galinaceis vix cedunt.

HÆMATOPUS OSTRALEGUS.

Hæmatopus oſtralegus L. der Auſterdieb, die Meerelſter.

Virtus. Caro detracta pelle bonum præbet edulium.

STURNUS.

Sturnus vulgaris L. der Staar, der Starl.

Virtus. Caro *pullorum* tempore vindemiarum pinguis & grata. Caro *ſeniorum* dura, digeſtu difficilis, ſapore amaro & odore ingrato inſtructa, hinc pauperum cibus. Amarities pellis detractione evaneſcere dicitur.

PARUS.

Parus major L. die Maiſe.

Virtus. Caro variarum ſpecierum in cibum hinc inde recipitur & ad paranda jura. Eſt vero caro non nimis ſapida.

CREX.

Rallus Crex L. der Wachtelkönig, der Ralle.

Virtus. Caro autumno pinguis, ſapidiſſima, digeſtu facilis.

---

* *Hannöv. Magaz.* 1780 p. 4 0.

RALLUS AQUATICUS.

Rallus aquaticus L. die groſſe Waſſerralle.
Virtus. Caro ſapidiſſima.

RALLUS PORZANA.

Rallus porzana L. die kleine Waſſerralle.
Virtus. Caro eximie ſapida.

CORVUS.

Corvus Corax L. der Raab.
Virtus. Caro detracta pelle, quæ valde coriacea eſt, a miſerrimis hominibus non ſine faſtidio deguſtatur.

CORVUS PICA.

Corvus Pica L. die Elſter.
Virtus. Caro mediocris bonitatis eſt.

CORVUS FRUGILEGUS.

Corvus frugilegus L. die Saatkrähe.
Virtus. Caro pullorum ſapida eſſe dicitur, cum hæc avis carne cadaveroſa non veſcatur. Ruricolæ in Gallia & Saxonia hanc carnem edunt.

CORVUS CORONE.

Corvus Corone L. die Rabenkrähe, der kleine Raab.
Virtus. Pullorum caro hinc inde præſertim Luiſianæ in cibum recipitur: *

---

* Zorns *Petinoth.* 2. *Th.* 263. & *Cel.* Büffons *Vögl.* VII. *B.* p. 96.

CORVUS CORNIX.

Corvus Cornix L. die Krähe, die Nebelkrähe.

Virtus. Caro ob tetrum odorem vix editur.

CORVUS MONEDULA.

Corvus Monedula L. die Dohle.

Virtus. Caro in variis regnis comeditur.

CORVUS EREMITA.

Corvus Eremita L. der Waldrabe, der Eremit.

Virtus. Caro ſapida & æſtimata. *

CORVUS GLANDARIUS.

Corvus Glandarius L. das Baumhazel, der Heher.

Virtus. Caro dura quidem, at cocta & dein aſſata carni anſerinæ dicitur congruens.

CUCULUS.

Cuculus canorus L. der Kuckkuck.

Virtus. Caro pullorum ſuavis ſaporis eſſe fertur.

GALBULA.

Oriolus Galbula L. der Kirſchvogel, der Weidvall.

Virtus. Caro avis ceraſis bene paſtæ, pinguis & ſapidiſſima.

---

* *Ill.* Büffon *Vögl.* VII. *B.* p. 25.

HIRUNDO RUSTICA.

Hirundo ruſtica L. die Rauchſchwalbe.

Virtus. Caro pullorum cocta a Kamtſchadalis comeditur, aſſata ab aliis.

HIRUNDO ESCULENTA.

Hirundo eſculenta L. die Tunkinsſchwalbe, die Indianiſche Schwalbe.

Virtus. Hæc avis ob *nidos* ſuos *eſculentos* in culina ſinenſium celebris eſt. Hæ aviculæ ex ſpuma maris baſim ſcopulorum alluentis materiam quamdam tenacem, gelatinoſo-aromaticam colligunt, ex qua nidos ad ſcopulos maris ædificant, in quibus ova ponunt & pullos excludunt.

Usus. Interna nidorum ſubſtantia per ſemihoram in aqua macerata dein a ſordibus depurata, elixatur cum lardo vel carne vitulina aut pingui gallina, ac ſic a ſinenſibus ut cibus valde nutriens editur.

HIRUNDO URBICA.

Hirundo urbica L. die Hausſchwalbe.

Virtus. Etiam hujus hirundinis caro hinc inde in cibum recipitur.

HIRUNDO RIPARIA.

Hirundo riparia L. die Uferſchwalbe, die Waſſerſchwalbe.

Virtus. Editur in Hiſpania. *

* *Cel.* Willugb. *Ornithol.* p. 156.

PICUS VIRIDIS.

Picus viridis L. der Grünſpecht.

Virtus. Caro dura, ſaporis tamen non ingrati. Minores pici non inſalubres.

PHOENICOPTERUS RUBER.

Phoenicopterus ruber L. der Flamingo, der Flammenvogel.

Virtus. Caro dura & fuſca, attamen ſapida eſſe dicitur.

AVES ICHTYOPHAGÆ.

Caro avium piſcivororum, paucis exceptis, dura, cruda, ſubrancida & digeſtu difficilis eſt, atque odorem limoſum & ſaporem piſcinum habet, hinc menſis non apponitur, niſi arte culinari bene præparata & digeſtioni magis adaptata prius fuerit.

Sedes ſaporis rancidi in tela celluloſa ſubcutanea reſidet, hinc hæc cum pelli avi detrahenda, dein caro lardo farcienda & bene aceto macerata aſſanda.* Caro & ova harum avium ſunt præcipuus navigantium & fluviis vicinarum gentium cibus.

ANAS DOMESTICA.

Anas Boſchas domeſtica L. die zahme Ente.

* *Fränkiſche Samml.* II. *B.* p. 448.

Virtus. Victitat ranis, inſectis, piſcibus & aquarum impuritatibus, hinc caro dura & ſubrancida, niſi diu domi nutriatur ſeminibus cerealibus. Saginatione caro ſapidior quidem & purior ſed haud tenerior redditur. Anatum feminæ ſunt maribus præſtantiores. At pectore tantum & cervice ſapiunt. Pinguedo anatis facile ranceſcit.

Abuſus anatum cachexiam parit, id luridus judæorum color, qui hoc cibo frequenter veſcuntur, demonſtrat.

ANAS FERA.

Anas Boſchas fera L. die wilde Ente.

Virtus. Caro anatis feræ tenerior quidem quam domeſticæ, at ſaporis ſubrancidi & digeſtu difficilis atque inſalubris cibus. Aceto diu macerata & artocreati indita melius ſapit quam aſſata.

ANAS QUERQUEDULA.

Anas Querquedula L. die Bergente, die Knäckente.

Virtus. Caro populis ſeptentrionalibus in cibo familiaris, macra, ſicca & digeſtu difficilis.

ANAS RUFICOLIS.

Anas ruficolis L. die Rothhalsgans.

Virtus. Caro tenera & ſapidiſſima.

ANAS CRECCA.

Anas crecca L. die Kriechente.

VIRTUS. Caro tenera, boni ſaporis, omnibus reliquis anatibus præferenda.

ANAS MOSCHATA.

ANAS moſchata L. die Biſamente.

VIRTUS. Caro dura, bruna, difficulter digerenda.

ANAS ARBOREA.

ANAS arborea L. die Baumente, die Holzente.

VIRTUS. Caro hujus anatis ſapidiſſima, cum piſcibus non veſcatur.

ANAS MOLLISSIMA.

ANAS molliſſima L. der Eidervogel, die Eidergans.

VIRTUS. Dura & piſcoſa caro aceto macerata, pauliſper elixata & dein aſſata in cibum a pauperibus recipitur.

ANAS HYPERBOREUS.

ANAS Hyperboreus L. die Schneegans.

VIRTUS. Hyperborei in regionibus frigidis ſeptentrionalibus tempore æſtivo ſub terram defoſſi tempore hyemali cibus vulgaris ſunt.

ONOCRATALUS.

PELECANUS Onocratalus L. die Kropfgans, der Nimmerſatt.

VIRTUS. Dura & rancida caro in cibum tamen hinc inde adhibetur.

PASSA-

BASSANUS.

Pelecanus Baſſanus L. die Baſſanergans, die Schottiſche Gans.

Virtus. Pullorum caro apud ſcotos ob carnem pinguem & delicatam in deliciis habetur.

CYGNUS.

Anas Cygnus L. der Schwahn.

Virtus. Caro nigra, dura, tenax, digeſtu difficillima. Nihilominus tamen frequens eſt populorum ſeptentrionalium eſca. Manſuetus Cygnus fero præfertur. Pectus juniorum in deliciis habetur.

PLATALEA.

Platalea leucorodia L. die Löffelgans.

Virtus. Caro ſapida. *

MERGUS SERRATOR.

Mergus Serrator L. die Tauchente, der Meerrache, das Tuckantel.

Virtus. Caro ſaporis piſcini, edulis tamen.

MERGUS MERGANSER.

Mergus Merganſer L. die Tauchergans.

Virtus. Caro & pinguedo rancidi odoris, frequenter tamen a färöenſibus comeditur.

FULICA ATRA.

Fulica atra L. das Rohrhendel.

* *Cel.* Palas *Reiſe* I. *Th.* p. 377.

VIRTUS. Caro detracta pelle comeditur, eſt autem dura, ſubrancida, digeſtu difficilis, inſalubris.

FULICA ATERRIMA.

FULICA aterrima L. das Blaßhuhn, das ſchwarze Waſſerhuhn.

VIRTUS. Pullorum caro edulis, adultorum tetra, coriacea.

FULICA PORPHYRIO.

FULICA Porphyrio L. der Sultan, das Sultanshuhn.

VIRTUS. Caro ſapidiſſima, in Perſia frequens eſca.

FULICA CHLOROPUS.

FULICA Chloropus L. die Waſſerhenne.

VIRTUS. Caro ſapidiſſima & pinguis, cutis vero nauſeoſum colorem lividum habet.

ARDEA CINEREA.

ARDEA cinerea L. der Reiher, der Fiſchreiger.

VIRTUS. Caro *pullorum* ſapida in artocreate editur. Caro adultorum tenax, vix digerenda, limoſi ſaporis.

ARDEA STELLARIS.

ARDEA ſtellaris L. die Rohrdomel.

VIRTUS præcedentis.

ARDEA GRUS.

ARDEA Grus L. der Kranich.

Virtus. Caro *pullorum* ſapida, *adultorum* inſipida, tenax, ſaporis piſcini, hinc aceto & aromate ante eſum bene condienda.

CICONIA.

Ardea Ciconia L. der Storch.

Virtus. Caro tenax, limoſi odoris, digeſtu difficilis, inſalubris. Aegyptii illa tamen veſcuntur.

STRUTHIO - CAMELUS.

Struthio Camelus L. der Strauß, der Kameelſtraus.

Virtus. Caro dura, digeſtu difficilis. *Pinguedo* ejus ſapidiſſima dicitur, loco butyri comedenda. *Ova* ſapida; octo hominibus ſatiandis unum ſufficit.

COLYMBUS GRILLE.

Colymbus Grille L. die grönländiſche Taube, die Tauchertaube.

Virtus. Caro pullorum pinguis, mollis, ſapidiſſima. Pulli ab Islandis pro cibo hyemali ſale vel fumo condiuntur.

COLYMBUS CRISTATUS.

Colymbus criſtatus L. der Haubentaucher.

Virtus. Caro valde pinguis, at rancidi ſaporis & inſalubris.

COLYMBUS AURITUS.

Colymbus auritus L. der Ohrentaucher, der Meerdrehhals.

Virtus præcedentis.

LARUS CANUS.

Larus canus L. die Möwe, die kleine graue Möwe.

Virtus. Caro fungoſa, limoſi adoris & ſaporis, inſalubris, digeſtu difficilis. Pulli ab Islandis eduntur.

LARUS MARINUS.

Larus marinus L. die Seemöwe.

Virtus. Caro quidem ſapida, at digeſtu difficilis, inſalubris.

LARUS ATRICILLA.

Larus atricilla L. die kleine weiſſe Möwe, der Spötter.

Virtus. Caro mollis, pinguis, grata. Ab Islandis ſale vel fumo conditi eduntur pulli.

STERNA HYRUNDO.

Sterna hyrundo L. die Seeſchwalbe, die Meerſchwalbe.

Virtus. Caro dulceſcens, columbinæ congruens.

STERNA NIGRA.

Sterna nigra L. der Maybogel, die kleine ſchwarze Seeſchwalbe.

Virtus. Caro edulis.

STERNA MINUTA.

Sterna minuta L. die kleinſte Fiſchmöwe.

Virtus. Caro ſapore piſcino caret.

DE
PISCIBUS GENERATIM.

Aquei elementi incolæ a loco, quem potiſſimum inhabitare amant, dividi ſolent in piſces

1. *fluviatiles*, qui in fluviis degunt. Quo velocior fluvii curſus, eo ſalubriores & ſapidiores ſunt piſces fluviales.

2. *lacuſtres*, qui lacus inhabitant limoſos lente motos. Hi piſces pinguiores quidem, at laxi, mucoſi & ob odorem & ſaporem limoſum ingrati & inſalubres ſunt. Non autem ſpernendi ſnnt piſces, lacuum, quorum aqua ſat valide movetur.

3. *marinos*, qui pelagum inhabitant. Plerique piſces marini paucis exceptis duri ſunt & digeſtu difficiles.

4. *amphibios*, qui pulmone arbitrario inſtruuntur. Multi ex hac claſſe molles, ſapidi, alii duri, digeſtu difficiores.

Indoles piſcium eſt tenuis gelatina mucoſa, hinc eorum natura inter vegetabilem & animalem ambigit. Principium enim gelatinoſum pene æque ac in carne bubula abundat, * at multa aqua & mucilagine diluta. Putreſcendo fœtidi alcalini liquoris plus præbent, quam carnes bubulæ & his multo citius putreſcunt.

Virtus. Nutriunt tenui gelatina mucoſa. At pauciſſimi cum ſint ſanguinis & pinguedinis, & gelatina valde aquoſa abundent, minus utique alunt, minus ſanguinis rubri faciunt, minusque dant roboris quam quadrupedia & aves. Hinc laborioſis hominibus ab eſu piſcium roboris virium & libidinis diminutio. Ideo monachi generationi non deſtinati a Romana eccleſia ad majorem vel unicum piſcium uſum non absque ratione legibus adſtringebantur. **

Usus. Nobis piſces diebus jejunii, aliis pœnes carnium eſum ſunt in uſu. Multæ autem dantur gentes, quæ pene ex ſolis piſcibus vitam ſuſtentant. Imo populi circa Maſcata & Araxem unice ſe ſuaque pecora piſcibus alunt. Major ſub boreali cœlo

---

* *Memoires de l' academie de l' an* 1730 & 1732. Caro bubula dat ex ℥iv extracti gr. 108. Cyprinus 152 grana. Lucius grana 168.

** *Ill.* Haller *El. Phyſ. T.* VI. p. 203.

ejus victus eſt neceſſitas, ſub hoc enim cœlo ne gramina quidem adoleſcunt. Hiſtoria gentium etiam docet, antiquiorem longe eſſe piſcium quam carnium eſum, populosque inveniri plures ichtyophagos quam carnivoros. * *Lactes* piſcium non niſi in lucio æſtimantur. *Ova* piſcium, omnino ſunt ob duritiem digeſtu difficilia, inſalubria, imo in quibusdam venenata. *Cauda* piſcium, quæ ſpinis non abundat, in plurimis piſcibus eſt pars optima. Plurimi piſces maceſcunt poſtquam ova generarunt, hinc tempore vernali plurimi piſces macileſcunt, & inſipidi inveniuntur. *Aetas* piſcis carnem non adeo ac in aliis animalibus mutat.

PRÆPARATIO, qua piſces ad eſum adaptantur varia eſt. Commeduntur:

α. *Elixati.* Recentes piſces aceto elixati digeſtu faciles, ſapidi & ſaluberrimi ſunt.

β. *Frixi in craticula.* Pinguiores piſces ſic ſapiunt, digeſtu faciles.

γ. *Frixi* cum *butyro* aut *oleo* in *ſartagine.* Sapidi quidem, at ob multam pinguedinem digeſtu difficiliores.

δ. *Sale conditi.* Marini piſces muria conditi nobis adferuntur, digeſtu difficiles.

ε. *Aceto conditi.* Ob duritiem digeſtu difficiliores.

ζ. *Infummati.* Ob duritiem digeſtu valde difficiles & cacochymi.

* *Ill.* HALLER *l. c.*

η. *Aere ſiccati*, digeſtu non adeo difficiles, ſi nondum ſubputridi & ad mollitiem cocti.

ϑ. *Embemmati*. Sic optimi, digeſtu faciles.

ι. *Gelati*. Ob gelu glutinoſitatem digeſtu difficiles.

κ. *Sapor & odor limoſus* piſcium lacuſtrium diſpellitur, ſi piſces tales aquæ puræ vel fluviatili aliquod ante eſum tempus includantur & aqua ſalita bene abluantur. *

Abuſus. Piſces facile & citius quam carnes putreſcunt atque plus continent fœtidi alcalini liquoris, quam carnes putreſcentes. Frequentior piſcium eſus ideo putrido-alcalinam in primis viis & ſanguine generat acrimoniam, ex qua ſcabies, ** epidermidis totius ſeceſſus, ſcorbutus, ulcera maligna putrida, morbus pedicularis, febres putridæ, vermes, *** & a piſcibus rancidis lepra obſervatur. In animalibus, quæ piſcibus paſcuntur, rancidus & fluidus eſt adeps, lac ingratum & carnes fœtidæ. Sapor avium piſces rapientium piſculentus. An ab eſu piſcium leproſorum lepra

---

* *Schwed. Abhandl.* 15. *B.* opinatur author limoſum principium ſolis adhærere integumentis externis piſcis, coctura vero in carnes panetrare.

** Epidemica ſcabies ex eſu ſardinarum. *Mémoires de l'academie l'an* 1749. *p.* 134.

*** Cum mucus putridus innato ſeminio vermium excludendo & nutriendo aptum ſit pabulum, & ichtyophagæ gentes frequenter vermibus vexentur.

& piſcium tænia laborantium tænia? * A piſcibus ſalitis ſcorbutus, inflammatio & excoriatio genitalium in utroque ſexu. **

PISCES FLUVIATILES.

Qui in fluviis velociter motis degunt, piſces ſapidi & ſalubres ſunt.

MUSTELLA FLUVIATILIS.

GADUS Lota L. die Truſche, die Aalraupe.

VIRTUS. Caro mollis, dulcis, mediocriter glutinoſa, ſaporis exquiſiti, digeſtu non adeo difficilis. Solidior, candidior & ſalubrior eſt caro muſtelæ

* *Cel.* BLOCH *Abhandl. von der Erzeugung der Eingeweidwürmen. Berlin* 1782. p. 42. demonſtrat ſeminium vermium inteſtinalium hominibus quibusdam eſſe innatum, & vermes inteſtinales ex uno animali in aliud propagari non poſſe, etſi vivi ingerantur, hinc ab eſu piſcium vermes inteſtinales homini non eſſe timendos. *Ill.* ROSENSTEIN *Abh. von dem Kinderkrankh.* 3. *Ausg.* p. 445. dicit quidem ſe in cocto Cyprino Brama vermem vivum vidiſſe, at *Cel.* BLOCH p. 4. vidit vermes piſcium in aqua ebulliente intra aliquot minuta mori. Forſan vermem Bramæ quem *Ill.* ROSENSTEIN vidit, multa pinguedo piſcis & inſufficiens coctura ejusdem a morte tuebatur.

** *Cel.* ZUCKERT *von den Speiſen aus dem Thierreich.* p. 109.

fluviatilis quam lacuſtris. Muſtela totam per æſtatem ad hyemem usque in cibum recipi poteſt. Hepar delicatiſſimum.

Usus. Muſtela, dempta cute mucoſa, cocta additis aromatibus editur, nimium autem pinguis aſſata melius ſapit.

ANGUILLA.

Muræna Anguilla L. der Aal.

Virtus. Caro pinguis, ſapidiſſima, at ob viſcidam pinguedinem digeſtu difficilis. Copioſe ingeſta nauſeam, vomitum quandoque febrem cauſat.

Usus. Editur *aſſata* cum acetario, vel aceto *elixata* ſale atque aromate bene conſperſa. *Siccata* & *muria* condita ut & *infumata*, quæ a multis in deliciis habetur, ægre a ventriculo fertur.

TRUTTA.

Salmo Trutta L. die Lachsforelle.

Virtus. Caro ſolida, rubicunda, delicatiſſima. Copioſe autem ingeſta ob pinguedinem facile faſtidium movet. Trutta ſalmonata quandoque morbo corripitur, qui eas eſui ineptas reddit. *

FARIO.

Salmo Fario L. die Forelle.

Virtus. Piſcis carnis delicato ſapore, teneritudine, pinguedinis blanditie ac ſalubritate omnibus pi-

* Pantoppidas 2. *Th.* p. 363.

ſcibus palmam præripit. Aeſtate ſapidiſſimus, hyeme omnem fere amittit gratiam.

Usus. *Elixatus* optime ſapit, *ſalitus* eſt vilior.

SALMO SALAR.

Salmo Salar L. der Salm, der Lax.

Habitat in mari, inde in fluvios aſcendit, plurimus in Rheno.

Virtus. Caro ſalmonis rubet & rubor coctione intenditur. Caro ſalmonis *junioris* ſeu *Salmunculi* ſolida, delicati ſaporis, pinguis, multum nutriens. At nimis pinguis faſtidium mox parit. Salmo *marinus* ingrati eſt ſaporis. Caro ſalmonis ætate provectioris ſicca & dura eſt.

Usus. Recens Salmo elixatus delicatiſſimus. *Salitus* deterior. *Infumatus* crudus cum pipere comeſtus ſtomacho aptior eſt quam butyro *frixus*. Frictione enim magis indureſcit.

HUCHO.

Salmo Hucho L. der Huche, die Hauchforelle.

Virtus. Caro mediocris ſaporis.

SALMERINUS.

Salmo Salmarinus L. der Sämling.

Virtus. Caro omnium piſcium ſapidiſſima, tenera, pinguis, friabilis, digeſtu facilis, boni ſucci plena.

Usus. Editur recens & ſale conditus.

SALVELINUS.

SALMO Salvelinus L. der Salvelin.
VIRTUS præcedentis.

UMBLA.

SALMO Umbla L. der Röthling.
VIRTUS. Caro pulchre rubens, ſapidiſſima.

THYMALLUS.

SALMO Thymallus L. die Aſche.
VIRTUS. Caro albida, ſolida, friabilis, digeſtu facilis, ſaluberrima, adeo delicata, ut Truttis præferatur a nonnullis.

EPERLANUS.

SALMO Eperlanus L. der Stint.
VIRTUS. Caro mollis, ſapida, digeſtu facilis, at parum nutriens. Piſcis violam redolet, hinc *Viola marina* Seeveilgen quibusdam audit.

ALPINUS.

SALMO Alpinus L. die Bergforelle.
VIRTUS. Caro ſapidiſſima.

ALBULA.

SALMO Albula L. der Weißfiſch.
VIRTUS. Caro ſubfœtida, vilis, quæ paulo gratior evadit, ſi juri acido incoquatur vel elixata cum aceto & armoracia edatur.

OXYRHYNCHUS.

Salmo Oxyrhynchus L. der Hauting, der Schnepel.

Habitat in mari & fluviis.

Virtus. Caro friabilis, tenera, non inſalubris. *Recens* & *ſiccatus* cum rapis coctus in deliciis eſt.

CARPIO.

Cyprinus Carpio L. der Karpe, die Carpe.

Virtus. Caro carpionis fluviatilis, mediocris magnitudinis, mollis, dulcis, tenera, parum glutinoſa, digeſtu facilis, ſalubris, bene nutriens. Cyprini *maximi* duri & tenaces ſunt. Cyprini *lacuſtres* lutum redolent, inſipidi, etſi pinguiores & grandiores carpionibus fluviatilibus eſſe ſoleant, inſalubres ſunt.

Usus. Carpio editur elixatus cum aceto & armoracea vel ſanguine proprio & aceto elixus, vel frixus. Ex ovis *Caviarum rubrum* conficitur. *Lactes* laudantur in hectica.

BARBUS.

Cyprinus Barbus L. der Barme.

Virtus. Caro mollis, candida, ſolubilis, boni ſucci plena, ſi piſcis e fluvio ſaxoſo limpido capiatur. *Ova Barbi* comeſta choleram cauſare dicuntur. *

---

* Timæus *Caſus medicinal.* p. 104.

BRAMA.

Cyprinus Brama L. die Braſe.

Virtus. Piſcis in craticula aſſati caro mollis, pinguis, ſaporis non inſuavis, ſed digeſtu aliquantum difficilis.

TINCA.

Cyprinus Trinca L. die Schleye.

Virtus. Caro ſubglutinoſa, ſaporis ſuavis, digeſtu aliquantum difficilis. Bona ex hoc *juſcula* parantur.

CARASSIUS.

Cyprinus Caraſſius L. die Karauſche.

Virtus. Caro quocunque modo parata, tenerrima & ſaluberrima.

BALLERUS.

Cyprinus Ballerus L. der Bley, der Blick.

Virtus. Caro ſalubris, hyeme pinguior.

ORFUS.

Cyprinus Orfus L. der Orf, der rothe Karpfe.

Virtus. Caro ſicca, friabilis, ſalubris, laudatur aſſata.

ALBURNUS.

Cyprinus Alburnus L. der Weisfiſch, der Günſter.

Virtus. Caro vilis ſaporis, ob multas ſpinas ægre manducanda.

RUTILUS.

Cyprinus Rutilus L. Rothfloſſer. *Rubellus.*
Virtus. Caro levis, boni ſaporis & ſucci ſalubris.

ERYTHROPHTHALMUS.

Cyprinus Erythrophthalmus L. das Rothauge.
Virtus. Caro Rutilo ſimilis.

DOBULA.

Cyprinus Dobula L. der Döbel.
Virtus. Caro mollis, ſalubris at ſpinis referta.

PHOXINUS.

Cyprinus Phoxinus L. die Elrize.
Virtus præcedentis.

NASUS.

Cyprinus Naſus L. der Naſenfiſch.
Virtus præcedentis.

JESES.

Cyprinus Jeſes L. der Bratfiſch.
Virtus. Caro mollis, miti pinguedine intermixta, ſaporis jucundi.
Usus. Elixata vel aſſata ſalubrem ſiſtit cibum.

LEUCISCUS.

Cyprinus leuciſcus L. der Weißfiſch, die Laucke.
Virtus. Caro boni ſaporis, digeſtu facilis.

APHYA.

Cyprinus Aphya L. der Spirling.
Virtus præcedentis.

GOBIO.

Cyprinus Gobio L. der Gründling, der Kreßling.
Virtus. Caro piſcis ex aqua pura capti ſalubris & ſapida, ex fluvio limoſo inſipida, vilis, inſalubris.
Usus. Piſcis *frixus* comedi ſolet.

COTTUS GOBIO.

Cottus Gobio L. der Koppe.
Virtus. Caro mollis, ſuavis, digeſtu facilis, *ovis* turget pinguibus, copioſis, delicatiſſimis, hyeme optimis. Fluviatilis lacuſtri præſtantior eſt.

GASTEROSTEUS ACULEATUS.

Gasterosteus aculeatus L. der Stichling, der Stichbüttel. *Pungitivus.*
Virtus. Piſciculus ob parvitatem & multos aculeos non æſtimatus. Elixatus vel aſſatus eſt pauperum cibus.

PERCA FLUVIATILIS.

Perca fluviatilis L. der Flußbärſch, der Bärſch.
Virtus. Caro ſolida, duriuſcula, ſed reſolubilis tamen, cum petroſelino cocta cibus gratus, quovis

vis anni tempore excepto menſe Aprili ſalubris. *Ova* ſartagine frixa in deliciis ſunt.

PERCA CERNUA.

Perca cernua L. der Kaulbarſch.

Virtus. Caro priori ſimilis, frequens in quadrageſima cibus.

LUCIOPERCA.

Perca Lucioperca L. der Sandbärſch, der Zauder.

Virtus. Caro alba, pinguis, tenera, ſalubris, per totum annum excepto menſe Aprili bona.

Usus. Editur elixatus butyro ſuperfuſo. Salitus & infumatus vilior eſt.

ZINGEL.

Perca Zingel. der Züngelbarſch.

Virtus præcedentis.

LABRAX.

Perca Labrax L. der Seehecht, der Seewolf.

Virtus. Piſcis delicatus.

ALBURNUS.

Perca Alburnus L. der Weißbarſch.

Virtus præcedentis.

LUCIUS.

Esox Lucius L. der Hecht.

Virtus. Caro lucii mediæ magnitudinis ſolida, delicata; ſtomacho idonea, ſaluberrima. Caro lucii vetuſtioris vel nimis magni dura, digeſtu difficilis, inſalubris.

Usus. Editur elixatus & aſſatus. Lucius *parvus* Brätthecht ſartagine frixus levem ſiſtit cibum.

GLANIS.

Silurus Glanis L. der Wels. *Silurus* der Schaidfiſch.

Virtus. Maximus fluviatilium piſcis, judæis vetitus, quia ſquammis caret. Caro mollis, perpinguis, ſaporis boni, ſucci valde nutrientis plena, ſed glutinoſa, ventriculum relaxans.

Usus. Silurus junior laudatur cum aromatibus coctus. *Salitus* non ſapit.

GOBIUS NIGER.

Gobus niger L. die Meergrundel.

Virtus. Caro non adeo mala.

BARBATULA.

Cobitis Barbatula L. die Bartgrundel, die Schmerl, die Grundel. *Fundulus.*

Virtus. Caro vernali tempore ſapidiſſima, ſaluberrima, tenerrima, præſertim Barbatulæ, quæ circa ripas in limpidis rivulis reperitur & Steinſchmerl dicitur.

Usus. Editur elixata in aqua vel vino cocta addito ſaccharo, butyro, aromate.

COBITIS FOSSILIS.

Cobitis foſſilis L. der Pritzker, die Bißgurm, der Schlammbeiſſer, der Wetterfiſch.

Virtus. Piſciculi caro eſt priori ignobilior. Piſciculus lagenæ vitreæ ſabulo & aqua impletæ incluſus ſua inquietudine inſtantem aeris mutationem indicat, hinc thermometrum vivum exhibet.

COBITIS TÆNIA.

Cobitis Tænia L. der Steinbeiſſer, die Dorngrundel.

Virtus. Caro tenacior quam præcedentis, hinc inter viles piſces numeranda.

PISCES MARINI.

Plerique piſces, qui pelagum inhabitant, paucis exceptis, duri & digeſtu difficiles ſunt. Optimi & ſapidiſſimi ſub duriſſima glacie maris germanici ab 80 gradu usque ad polum arcticum deprehenduntur. Dantur piſces marini, qui e mari in fluvios deſcendunt. Mere autem marini aquam dulcem non ferunt.

MURÆNA HELENA.

Muræna Helena L. die Meeraal, die Seeaal, die Muräne.

Virtus. Caro ob delicatum ſaporem Helena cænarum audit, eſt anguilla fluviatili macrior.

THYNNUS.

Scomber Thynnus L. Thunfiſch, der Thonino.

Virtus. Caro delicata vitulinæ fere ſimilis.

Usus. Editur toſtus vel frixus cum aceto & oleo. In Italia inteſtina replent carne conſciſſa, aceto macerata, pipere, ſale & allio condita, ſicque lucanicas grati ſaporis conficiunt. *

PELAMIS.

Scomber Pelamis L. der Bonetfiſch.

Virtus. Caro ſolida, ſicca, at ſapida & nutriens.

SCOMBER.

Scomber Scomber L. die gemeine Mackrele.

Virtus. Caro mollis, ſapida, modice comeſſa non inſalubris, ob pinguedinem non nimia copia ingerenda.

Usus. Optime ſapit aſſatus. *Salitus* ad exteras regiones mittitur.

TRACHURUS.

Scomber Trachurus L. die Baſtardmackrele.

Virtus. Caro ſiccior & durior quam ſcombri.

SURMULETUS.

Mullus Surmuletus L. der Riſenbarbe.

Virtus. Caro ſapidiſſima.

---

* *Cel.* Labat *Reiſe nach Spanien.* I. *Th. p.* 74 & 78.

BARBATUS.

Mullus Barbatus L. der Rothbart, der Meerbarbe.

Virtus. Caro omnium piſcium ſapidiſſima, jam a Romanis præſertim caput in deliciis habebatur. Piſcis deſquammatus rubro gaudet colore.

MULLUS IMBERBIS.

Mullus imberbis L. der Kahlbart.

Virtus præcedentis.

PERCA MARINA.

Perca marina L. der Seebärſch.

Virtus. Caro mollis, pinguis, tenera, digeſtu facilis, ſapidior perca fluviatili. Laudatur in ſartagine frixa & farina conſperſa.

MORHUA.

Gadus Morhua L. der gemeine Kabeljau. Aëre *exſiccatus* Stockfiſch. *Salitus & exſiccatus* Laberdon dicitur.

Virtus. Caro piſcis *recentis* ſapida, tenera, facilis digeſtionis, ſalubris. *Aere exſiccatus* tantam obtinet duritiem, ut multos per annos ſine ſale incorruptus ſervari poſſit, ſed difficilis eſt digeſtu, niſi dura caro cum bulliente aqua coquatur, maceretur & fuſtario tenerior reddatur. Coqui variis aliis artificiis ſiccatum hunc piſcem molliorem reddere ſciunt.

MERLUCIUS.

Gadus Merlucius L. der kleine Stockfiſch.
Virtus præcedentis.

AEGLEFINUS.

Gadus Aeglefinus L. der Schelfiſch.
Virtus. Caro recens ſapida, ſolida quidem & ſicca, at digeſtu tamen facilior, quam Morbuæ cenſetur. *Salitus* nobis adducitur.

MUSTELA MARINA.

Gadus Muſtela L. die Meerquappe.
Virtus. Caro ſapida, at ſolidior quam Muſtelæ fluviatilis.

MERLANGUS.

Gadus Merlangus L. der Wittling.
Virtus. Caro mollis, tenera, ſapida.

BARBATUS.

Gadus Barbatus L. der Phycis, der Steinbock.
Virtus præcedentis.

CALLARIAS.

Gadus Callarias L. der Dorſch.
Virtus. Caro ſolida, ſicca, at digeſtu facilis.

MOLVA.

Gadus Molva L. der Leng.

VIRTUS præcedentis. Caro mollior, ſapidior & durabilior quam Morhuæ, hinc pro itineribus marinis frequens.

CARBONARIUS.

GADUS Carbonarius L. der Kohlmund.

VIRTUS. Caro etiamſi recens, dura, cruda & vilis ſaporis, pauperum ſolummodo cibus.

HARENGUS.

CLUPEA Harengus L. der Pöckelhäring. *Halex.*

VIRTUS. Caro recentis harengi pinguis, dulcis, mollis cum ſale elixata vel aſſata editur, ſed mox ob nimiam dulcedinem faſtidium parit. *Muriatus* harengus editur crudus qui ſalubrior quam aſſatus, & in morbis pituitoſis utilis eſt.

Salitus & infumatus harengus Pickling dicitur, durus, ſiccus, parum nutriens, difficulter digerendus cibus eſt. Vide *condimenta Salina.*

SPRATTUS.

CLUPEA Sprattus L. die Sprotte.

VIRTUS. Caro pinguis & tenera, aſſata, fumata & ſiccata delicati ſaporis eſt.

ENCRASICULUS.

CLUPEA Encraſiculus L. die Sardelle. *Sardina.*

VIRTUS. Piſcis *muria* conditus editur crudus cum capparibus, & olivis, vel cum aceto, oleo & pipere forma acetarii. Additur etiam ſaporis gra-

tia ovis frixis & embemmatibus piſcium & carnium. Vide *Condimenta ſalina.*

ALOSA.

Clupea Aloſa L. die Alſe.

Virtus. Caro pinguis & rubra, ſaporem ſalmonis fere habet. Editur fumata.

THRISSA.

Clupea Thriſſa L. die Borſtenfloſſe.

Virtus. Inter optimos menſæ piſces numeratur in Inſulis Caribæis, ubi vero non raro cibus venenatus dicitur evadere. *

RHOMBUS.

Pleuronectes Rhombus L. das Viereck, der Rhombus.

Virtus. Caro tenera, ſicca, delicata, digeſtu facilis, non inſalubris. Antiquitas Rhombum jam celebravit.

HIPPOGLOSSUS.

Pleuronectes Hippogloſſus L. der Heilbutt.

Virtus. Caro recentis piſcis ſapida, ſed propter copioſam & firmam pinguedinem illi intermixtam ſtomacho gravis digeſtu eſt. Magnus hicce piſcis in partes diſſectus & ſalitus conſervatur.

---

* *Cel.* Browne *the natural Hyſtory of Jamaica. Lond.* 1756. *p.* 443.

PLATESSA.

PLEURONECTES Plateſſa L. der Plateiß ſeu Schulle.

VIRTUS. Caro pinguis & ſapidiſſima.

FLESUS.

PLEURONECTES Fleſus L. der Flunder.

VIRTUS prioris.

LINGUATULA.

PLEURONECTES Linguatula L. die Schaare.

VIRTUS præcedentis.

SOLEA.

PLEURONECTES Solea L. die Zunge.

VIRTUS. Caro piſcis ſpinoſa quidem, at tenera, ſicca, delicata; digeſtu facilis, ſalubris. *Siccatus* piſcis lixivio cinereo maceratus elixatur & cum piſis comeditur.

PLEURONECTES MAXIMUS.

PLEURONECTES maximus L. die Steinbutte.

VIRTUS præcedentis.

LIMANDA.

PLEURONECTES Limanda L. der Schuppenblutfiſch.

VIRTUS præcedentis.

PASSER.

Pleuronectes Paſſer L. der Stachelflunder.
Virtus præcedentis.

BELONA.

Esox Belone L. die Meernadel.
Virtus. Caro ſubdura, ſapida, digeſtu paulo difficilis.

LYRA MARINA.

Trigla Lyra L. die Meerleyer.
Virtus præcedentis.

CUCULUS MARINUS.

Trigla Cuculus L. der Seeguckguck.
Virtus præcedentis.

LUCERNA MARINA.

Trigla Lucerna L. die Meerleuchte, der Meergeyer.
Virtus præcedentis.

TINCA MARINA.

Labrus Tinca L. die Meerſchleye.
Virtus præcedentis.

PAVO MARINUS.

Labrus Pavo L. der Meerpfau.
Virtus præcedentis.

FABER.

Zeus Faber L. der St. Peterfiſch.

Virtus prioris.

DRACO.

Trachinus Draco L. der Stachelbrache, das Petermänchen.

Virtus prioris. Punctura ſpinæ grave vulnus inferre ſcribitur. *

GLADIUS.

Xiphias Gladius L. der Schwerdtfiſch, der Degenfiſch.

Virtus prioris.

CEPHALUS.

Mugill Cephalus L. die Meeräſche, der Großkopf.

Virtus præcedentis. Ex ovis hujus piſcis *caviarum* ſeu *Botargo* Italorum paratur.

UMBRA.

Sciæna Umbra L. die Seekrähe.

Virtus prioris.

HEPSETUS.

Atherina Hepſetus L. der Mittelländiſche Kornährenfiſche.

Virtus prioris.

---

* Bartholini *Acta* 3. *obſ.* 84.

AURATA.

Sparus Aurata L. der Goldbrachſem, ob ſplendentem colorem aureum.

Virtus. Caro ſartagine frixa digeſtu paulo difficilis.

SPARUS ANNULARIS.

Sparus annularis L. der Schwarzringel.

Virtus prioris.

SARGUS.

Sparus Sargus L. der Bandirte.

Virtus prioris.

MELANURUS.

Sparus Melanurus L. der Schwarzſchwanz.

Virtus prioris.

SALPA.

Sparus Salpa L. der Goldſtrich.

Virtus prioris.

CANTHARUS.

Sparus Cantharus L. das Ringauge.

Virtus prioris.

BOOPS.

Sparus Boops L. der Großauge.

Virtus prioris.

MÆNA.

Sparus Mæna L. der Laxirfiſch.

Virtus. Caro ſapida, at alvum aliquoties movens. Etiam ſale condita ſervatur.

ERYTHRINUS.

Sparus Erythrinus L. die Rothſchuppe.

Virtus prioris.

PAGRUS.

Sparus Pagrus L. die Sackfloſſe.

Virtus prioris.

APHYA.

Gobius Aphya L. die Nylgrundel.

Virtus. Caro ſapida.

PISCES AMPHIBII.

Piſces pulmone arbitrario inſtructi maximam partem maris ſunt incolæ, hinc paucis exceptis carnem piſcium marinorum habent.

HUSO.

Acipenser Huſo L. der Hauſen.

Virtus. Ex mari Danubium & fluvios imperii Ruthenici petit. Caro piſcis recentis delicata, carne vitulina ſapidior.

Usus. Editur recens elixata vel frixa & ſucco citri humectata. Caro ſale condita ante eſum aqua macerari debet.

STURIO.

Acipenser Sturio L. der Stör.

Virtus. Ex mari excurrit in majores fluvios. Caro piſcis *junioris* præſertim in oris marinis capti tenera, Huſoni carni fere ſimilis, valde nutriens.

Usus. Caro recens frixa vel elixata editur. Piſcis in loramenta ſectus conſervatur ſiccatus vel ſalitus. Fortis tendo dorſum a capite ad caudam occupans, exſectus & exſiccatus in cibum quoque recipitur.

TUKA.

Acipenser Tuka Krameri der Tück. *Antacæus.* Habitat in Danubio.

Virtus. Caro non ingrati ſaporis, crocea pinguedine referta, mollis, Huſone tamen inferior.

RUTHENUS.

Acipenser Ruthenus L. der Sterlet.

Virtus præcedentis.

LAMPETRA MARINA.

Petromyzon marinus L. die Lamprete. Habitat in mari, initio veris ad flumina migrat.

Virtus. Caro delicati ſaporis, at viſcoſi ſucci plena.

LAMPETRA FLUVIATILIS.

Petromyzon fluviatilis L. die Neunauge ſeu die Brikke. Habitat in fluviis.

Virtus. Piſcis recens nauſeoſi & dulceſcentis ſaporis eſt; frixus & aceto conditus durior & ſapidior redditur, at ructus & gravitatem in ventriculo producit.

TORPEDO.

Raja Torpedo L. der Krampffiſch. Habitat in mari mediterraneo: qui hunc piſcem tangunt ictu electrico percutiuntur.

Virtus. Caro Torpedinis & omnium Rajarum dura, gravis & vilis eſt.

BATIS.

Raja Batis L. der Stachelroche.

Virtus. Caro dura, gravis, digeſtu difficilis.

PASTINACA.

Raja Paſtinaca L. der Pfeilſchwanz.

Virtus. Piſcis aculeo caudæ adhærens difficulter ſanabile vulnus excitat, caro tamen ſine noxa comeditur.

OXYRINCHUS.

Raja Oxyrinchus L. das Spitzmaul.

Virtus. Carne præ reliquis Rajis molliori gaudet. Fumo indurata nobis mittitur.

MIRALETUS.

Raja Miraletus L. der Spingelroche.
Virtus. Caro dura.

RAJA CLAVATA.

Raja clavata L. der Nagelroche.
Virtus. Caro dura, ut reliquarum Rajarum.

ACANTHIAS.

Squalus Acanthias L. der Dornhaay.
Virtus prioris.

ZYGÆNA.

Squalus Zygæna L. der Hammerfiſch.
Virtus prioris.

CARCHARIAS.

Squalus Carcharias L. der Menſchenfreſſer, der Requin.
Virtus præcedentis.

PRISTIS.

Squalus Priſtis L. der Sägefiſch.
Virtus præcedentis.

GALEUS.

Squalus Galeus L. die Meerſäu.
Virtus prioris.

LOPHIUS PISCATORIUS.

Lophius piſcatorius L. der Meerfroſch.
Virtus prioris.

MOLA

MOLA.

Tetrodon Mola L. der Mühlſteinfiſch.
Virtus præcedentis.

HYSTRIX.

Didon Hyſtrix L. der groſſe Stachelfiſch.
Virtus præcedentis.

SCOLOPAX.

Centriscus Scolopax L. der Schneppenfiſch.
Virtus præcedentis.

ACUS.

Syngnathus Acus L. die Spitznadel.
Virtus præcedentis.

HIPPOCAMPUS.

Syngnathus Hippocampus L. das Seepferdchen.
Virtus præcedentis.

AMPHIBIA.

Ex tetra hac animalium claſſe valde pauca in cibum recipiuntur, etſi plura & forſan omnia vi nutriendi gaudeant. Indoles amphibiorum cum frigido piſcium ſanguine convenit.

TESTUDO VULGARIS.

Testudo orbicularis L. die Flußſchildkröte.

Virtus. Caro bovinæ ſimilis, minus ſapida tamen quam teſtudinis marinæ, craſſum & mucoſum ſuppeditat nutrimentum.

Usus. Optime ſapiunt teſtudines abſciſſis capite, cauda & pedibus, tamdiu elixatæ, donec tegmina facile a carne removeri poſſint, atque tandem frixæ addito allio, ſale aliisque aromatibus. Jura teſtudinum in hectica laudantur. *

TESTUDO LUTARIA.

Testudo lutaria L. die Schlammſchildkröte, die Sumpfſchildkröte.

Virtus præcedentis.

TESTUDO MARINA.

Testudo Mydas L. die Rieſenſchildkröte, die Meerſchildkröte.

Virtus. Caro elixata eſt albo-virideſcens, pinguedine intermixta, inſtar carnis vitulinæ delicata, ſalubris & digeſtu non adeo difficilis. Tetuſto perpaucam gelatinam habet; Caro & jura inde

* Æſtum & ſiccitatem hecticorum plus quam alia juſcula, cum minus alcaleſcentia ſint, moderantur jura teſtudinum & ranarum. *Cel.* Trnka *hiſtoria febris hecticæ. p.* 345.

parata ſcorbutum & luem veneream curant. Teſtudo hæc ſtupendæ adeo magnitudinis eſt, ut octoaginta hominibus ſatiandis ſufficiat. Solis teſtudinibus prædones itineratores ſæpe diu in America vixerunt.

Usus. Caro elixata, vel aſſata editur. Sale condita in exteras regiones transfertur. *Ova* ut gallinacea cocta vel ſola vel cibis admixta comeduntur. *Pinguedo* ſevo bovino ſimilis virideſcit & comeſta urinam virideſcente colore imbuit.

Caro delicatiſſima circa coſtas eſt, hæc aſſata cum pinguedine dein ſale pipere & ſucco citri condita eximium ſiſtit cibum.

TESTUDO CARETTA.

Testudo Caretta L. die Karettſchildkröte.

Virtus. Caro ſapida, at vi eccoprotica gaudet; ideo ad varios morbos præſertim ſcorbutum & luem curandam laudatur, copioſior uſus urinam & ſudorem colore imbuit.

Ova hujus teſtudinis ſapidiſſima omnium ſunt.

RANA.

Rana eſculenta L. der grüne Waſſerfroſch. *

---

* *Inſalubris* dicitur eſſe rana in putridis aquis degens. Femora ranarum, quæ menſe Martio venduntur vel a *Rana temporaria* vel a *Bufone* ſunt, juniores enim ranæ eſculentæ ſub finem Martii, annoſiores ad finem

VIRTUS. Caro ranarum, pullorum gallinaceorum carni quidem ſimilis, at pauci nutrimenti cibus eſt, perpaucam enim gelatinam exhibet.

USUS. Elixata vel aſſata menſis adhibetur. *Jus* e femoribus ranarum coctum hecticis & bilioſis utile cenſetur.

CROCODILUS.

LACERTA Crocodilus L. der Crocodill.

USUS. Caro moſchi odorem ſpargit, ab Indis & Mauris editur. *Ova* crocodili ſapidiſſima ſunt.

IGUANA.

LACERTA Iguana L. der Leguan, der Kammleguan.

VIRTUS. Caro ſapidiſſima, pullinæ carni multum præferenda, at ſiphiliticis noxia. *Ova*, quæ vitello carent & coctione non indureſcunt, ſapidiſſima ſunt.

VIPERA.

COLUBER Berus L. die Europäiſche Natter.

VIRTUS. Caro capite & cauda rejectis ex aqua in modum piſcium cocta quondam leproſis porrigeba-

---

Aprilis ex limo, quo ſe per hyemem recipiunt, ſaltem in climate frigidiore, prodeunt. *Cel.* SPILMANN *Inſt. mat. med.* 1774. p. 178.

tur; ut nigritæ in Africa adhucdum ſolent. Hodie vero ſolum *jus viperinum* exhibetur.

BOA CONSTRICTOR.

Boa Conſtrictor L. die Königsſchlange, die Rieſenſchlange.

Virtus. Caro ingentis hujus ſerpentis delicatiſſima dicitur & ab Indianis in cibum, quem in deliciis habent, adhibetur.

INSECTA.

Etiam e teterrima hac claſſe animalium, pauca quædam in uſum alimentarem adhiberi ſolent. A quibusdam cicadæ, ab aliis Araneæ, ſcorpiique in cibum recipiebantur. * Conveniunt inſecta cum piſcium natura putredinoſa.

CANCER FLUVIATILIS.

Cancer Aſtacus L. der Fluskrebs. Eligendi ſunt aſtaci mediæ magnitudinis, in limpida aqua degentes a Majo ad Auguſtum capti, quo tempore ovulis & carne ſunt pleni. Auguſto menſe, quo proprium ſibi thoracem ſtruunt, proprio odore & ſapore præditi ſunt. Poſſunt domi nutriri hepate bovis: delicatiſſimi ſunt, qui lacte

* *Ill.* Halleri *Elem. Phyſiol. T. V. p.* 205.

nutriuntur. Urticæ foliis diutius vivi conſervantur, ſi aceto vel cerevíſia conſpergantur.

Virtus. Caro aſtaci ſapidiſſima, digeſtu facilis & evidenter nutriens quidem eſt, ſed aliquid acritatis continet, quod faucibus moleſtum eſt & quandoque varios producit morbos exanthematicos. Frequentior cancrorum eſus, ſanguinem ſolvere, quia ſale alcalino urinoſo abundant, hinc hæmoptoën et phthiſim inducere dicuntur.

E conquaſſatis cancris jura valde nutrientia & alcaleſcentia parari ſolent, quæ acido laborantibus conveniunt.

Usus. Coctus in cibum recipitur.

PAGURUS.

Cancer Pagurus L. der gemeine Taſchenkrebs.

Virtus. Caro ſapidior & delicatior quam reliquorum cancrorum marinorum.

Usus. Caro in ſartagine frixa vel cocta cum embemmate acido aut frigefacta cum oleo, aceto & pipere editur.

GAMMARUS.

Cancer Gammarus L. der Hummer, der Meerkrebs.

Virtus. Stupendæ magnitudinis ſæpe eſt. *Caro* dura, compacta, digeſtu difficillima, in cauda vix edulis. Laudatur chelarum caro, vino macerata, diu

coƈta & aromate bene conſperſa. Femellæ antecellunt mares.

CRANGON.

Cancer Crangon L. die Garnále. Cancer digiti infantis neunati magnitudinem vix excedit.

Virtus. Crangones carne tenera & ſapidiſſima gaudent, præſertim caudæ cruſta ſpoliatæ, pipere, ſale & aceto præparatæ.

SQUILLA.

Cancer Squilla L. der Squillenkrebs.

Virtus. Parvi hi cancri Hamburgo jam elixati ad alias regiones mittuntur & digeſtu faciles ſunt.

LOCUSTA.

Gryllus criſtatus L. Locusta L. der Heuſchrecke, der Kamheuſchrecke.

Virtus. Caro femorum eſt eſculenta. Arabes, Syrii & Aegyptii ſine ſpecierum diſcrimine locuſtis toſtis butyro ſuperfuſo vel in aqua coƈtis addito butyro veſcuntur. In Mecca ex pulvere locuſtarum ſole ſiccatarum cum aqua pultem conficiunt, quo incolæ loco panis utuntur. *

* *Schwed. Abh.* 14. *Band.* p. 81.

VERMES.

Ex numeroſa vermium claſſe ſequentes in uſum alimentarem adhibentur.

COCHLEA.

Helix Pomatia L. der Schnecke, der Weinbergſchnecke.

Virtus. Caro glutinoſa, tenax, nulla præparatione emollienda, hinc digeſtu difficilis. Abuſus dyſpeſiam, ructus, oppreſſionem & murmura inducit.

Usus. Cochleæ elixatæ & embemmati ex aceto, armoraceo & oleo intinctæ multis gratum edulii genus ſunt. *Jure cochlearum* hectica curabatur. *

MYTILUS.

Mytilus edulis L. die gemeine Mießmuſchel, die Küchenmuſchel.

Virtus. Cibus ſapidus, bene nutriens, at digeſtu non adeo facilis, ſi majori copia aſſumatur. Odoris & ſaporis gratia embemmatibus carnium præſertim caponum additur.

Usus. Mytilus ut oſtrea *crudus* comedi nequit, ſed vel elixus vel aſſatus menſis apponitur. Optima eſt præparatio, ſi in propria ſua ſalſugine elixe-

* *Cel.* Trnka *febris hect. hiſtor.* p. 345.

tur & petroſelino, allio atque ſinapi condiatur. Caro alba elixatione quandoque ſubrubra evadit.

Mytuli marini antecellunt eos, qui in ſtagnis marinis degunt. *Veteres* Mytuli noſcuntur, quod elixatione ſaturate rubri evadant, hi ſucco turgent acri, amaro, qui fauces erodit, tuſſim ſiccam & vocem raucam efficit. *

Mytuli quandoque ex morbo, qui omnibus teſtaceis communis eſt, evadunt *venenati*, hi comeſti anxietatem, convulſionem, tremorem, capitis intumeſcentiam, maculas in cute efflorcſcentes, delirium & febrem producunt. *Antidotum* eſt acetum, ſuccus citri, piper præmiſſo vomitorio. Vide *Toxicologiam.*

OSTREA.

Ostrea edulis L. die Auſter.

Virtus. Nobiliſſimus ex claſſe teſtaceorum cibus & ſorte unicus, qui *vivus* ab homine comeditur. Oſtreæ crudæ molli pulpa admodum nutriunt, naturali ſalſugine alvum movent, gelatinoſo ſucco acrimoniam humorum obtundunt, hinc emaciatis utilis cibus. ** Crudæ facilius digeruntur, quam quæ butyro & aromatibus in propriis teſtis frixæ comeduntur.

---

* *Cel.* Zükert *mat. alim.* p. 128.

** Oſtrearum eſu curabatur hectica *Cel.* Trnka *hiſtoria febris hecticæ. Vindobonæ* 1783. p. 163 & 344.

Sed eligendæ ſunt oſtreæ recentes, mediæ magnitudinis, teneræ, ſuccoſæ, in limpida aqua captæ, quæ enim in ſtagnis marinis degunt, vilioris ſunt notæ, duræ & ingrati ſaporis. Oſtreæ anglicæ virideſcentes cum ſucco citri comeſtæ omnium delicatiſſimæ ſunt.

Oſtreæ eo tempore, quo *ova* pariunt, innumeris vermiculis rubicundis replentur & ſumme nocent in cibum adhibitæ. *

DACTYLUS.

PHOLAS Dactylus L. der Steinbohrer.

VIRTUS. Caro delicati ſaporis editur in Gallia ab incolis maritimis.

CARDIUM EDULE.

CARDIUM edule L. das Kammdoublet.

VIRTUS. Caro ſapida oſtreæ congruens in cibum recipitur.

ECHINUS ESCULENTUS.

ECHINUS eſculentus L. der Seeball, der Meerapfel. *Pomum marinum.*

VIRTUS. Caro, præſertim vero ova hujus vermis elixa vel aſſata comeduntur.

---

* *Cel.* GEOFFROY 6. *Th.* p. 73. & *Nouveaux Mémoires ſur l'Italie par deux Gentilshommes Suedois.* 1764. *T.* 2. *p.* 110.

SÆPIA OFFICINALIS.

SÆPIA officinalis L. der Dintenfiſch, der Blackfiſch, die Meerſpinne.

VIRTUS. Caro dura inſtar glutinis coriacei, digeſtu difficillima, vilis & ingrati ſaporis; Editur tamen in variis Galliæ locis.

USUS. Caro lixivio ſalis & cinerum macerata dein aqua elixatur & poſtea frigitur cum butyro, allio, petroſellino & pipere. Jus e carne ſæpiæ paratum vim eccoproticam habet.

SÆPIA MEDIA.

SÆPIA media L. die Meerſpinne.

VIRTUS præcedentis. Atramentum quod animal projicit in manu ardorem excitat, juri tamen admiſcetur, quo ſæpia coquitur.

SÆPIOLA.

SÆPIA Sœpiola L. der Zwergblackfiſch, die kleine Meerſpinne.

VIRTUS. Caro mollior & ſapidior quam Sæpiæ officinalis.

SÆPIA OCTOPODIA.

SÆPIA octopodia L. der Achtfuß. Italis *Polpo.*

VIRTUS. Caro cibum ſiſtit inſtar corii durum, vilem, ingrati ſaporis, ex maceratione nitri rubentem, digeſtu difficillimum.

Usus. Hæc ſæpia lixivio nitri macerata, elixata & poſtea butyro frixa & pipere bene condita menſis apponitur.

SÆPIA LOLIGO.

SÆPIA Loligo L. die Seekaze. Italis *Calamaro.* der Calamar.

VIRTUS præcedentis.



CONDIMENTA

ESCULENTORUM ET POTULENTORUM.

ELENCHUS GENERALIS.

Condimenta ſalina. *Salzgewürze.*

——— acida. *Saure Gewürze.*

——— dulcia. *Süſſe Gewürze.*

——— pinguia. *Fette.*

——— lactea. *Milchartige.*

——— gelatinoſa. *Galertartige.*

——— aromatica. *Aromatiſche Gewürze.*

——— extraordinaria. *Auſſerordentliche.*

——— narcotica. *Betaubende Gewürze.*

ELENCHUS SPECIALIS.

SALINA.

Sal culinare. *Küchenſalz.*
— Gemmæ. *Steinſalz.*
— marinum. *Meerſalz.*
Nitrum. *Salpeter.*
Caviarum. *Caviar.*
Garum. *Fiſchlake.*
Sardina. *Sardelle.*
Halex. *Höring.*
Caro muriata. *Pöckelfleiſch.*
—— fumata. *Geräuchert Fleiſch.*

ACIDA.

Acetum vini. *Weineſſig.*
——— cereviſiæ. *Biereſſig.*
Omphacium. *Agreſt.*
Succus citri. *Citronenſaft.*

DULCIA.

Saccharum. *Zucker.*
Mel. *Honig.*
Sapa muſti. *Eingeſottener Moſt. Moſtſaft.*

PINGUIA.

Oleum olivarum. *Baumöl.*
——— amygdalarum. *Mandelöl.*

Oleum lini. *Leinöl.*

——- Coccos. *Kocosöl.*

——- raparum. *Rühſaamenöl.*

——- papaveris. *Mohnſaamenöl.*

——- ſeſaminum. *Seſamöl.*

——- myagrinum. *Leindotteröl.*

Medulla oſſium. *Knochenmark.*

Pinguedo bovina. *Ochſenfette.*

———- anſerina. *Gänſefett.*

———- porcina. *Schweinſchmalz.*

———- piſcina. *Fiſchſchmalz.*

Pinguedo empyreumatica. *Tropffette.*

Lardum. *Speck.*

LACTEA.

Cremor lactis dulcis. *Sahne.*

——— —— acidus. *Saurer Milchrohm.*

Oxygala. *Sauermilch.*

Lac ebutyratum. *Buttermilch.*

—- ſpiſſatum. *Dickmilch.*

Coagulum lactis. *Milchtopfen.*

Butyrum recens. *Butter.*

———- coctum. *Schmalz.*

Caſeus. *Käs.*

——— cremoraceus. *Butterkäſs.*

——— non cremoraceus. *Nachkäſs.*

——— antiquus. *alter Käſs.*

GELATINOSA.

Gelatina cornu cervi. *Hirſchhorngalert.*

Gelatina carnis. *Fleiſchgalert.*
——— ichthiocollæ. *Hauſenblaſengalert.*
——— amyli. *Kraftmehlgalert.*
Ovi albumen. *Eyweiſs.*
—— vitellus. *Eyerdotter.*
Ova gallinacea. *Hünnereyer.*
Sanguis animalium. *Thierblut.*

AROMATICA MITIORA.

Allium. *Knoblauch.*
Cepa. *Sommerzwiebel.*
Allium fiſtuloſum. *Winterzwiebel.*
——— Scorodopraſum. *Rokenbolle.*
——— Aſcalonicum. *Scharlotten.*
——— Porrum. *Porre.*
——— Schœnopraſum. *Schnittlauch.*
Cepa ſectilis. *Spaltſchnittlauch.*
Lepidium. *Pfefferkraut.*
Satureja. *Saturey. Bohnenkraut.*
Mentha gentilis. *Küchenmünze.*
Salvia. *Salbey.*
Rosmarinus. *Rosmarin.*
Thymus. *Thymian.*
Serpyllum. *Quendel.*
Baſilicum. *Baſilicum.*
Majorana. *Majoran.*
Origanum vulgare. *Wohlgemuth.*
Cerefolium. *Kerbel.*
Scandix odorata. *Spaniſcher Kerbel.*
Cortex citri. *Citronenſchalle.*

Carvi. *gemeiner Kümel.*
Cuminum. *Römiſcher Kümel.*
Nigella. *Schwarzkümel.*
Anethum. *Dill.*
Fœniculum. *Fenchel.*
Aniſum. *Anis.*
Sinapis. *Gemeiner Senf.*
Eruca. *Weiſſer Senf.*
Dracunculus. *Dragun.*
Artemiſia. *Beyfuſs.*
Laurus. *Lorber.*
Juniperus. *Wacholder.*
Petroſelinum. *Peterſilie.*
Capparis. *Kapern.*
Chalta paluſtris. *Sumpf-Dotterblume.*
Spartium ſcoparium. *Pfriemenkraut.*
Armoracea. *Meerrettig.*
Alliaria. *Knoblauchskraut.*
Cardamine pratenſis. *Wieſenkreſſe.*
Tanacetum vulgare. *Reinfarn.*
Melilotus cærulea. *Sibengezeit.*
Crithmum maritimum. *Meerfenchel.*
Enula. *Aland.*
Semen papaveris. *Mohnſaamen.*
—— cynæ. *Wurmſaamen.*
Crocus. *Safran.*
Nux moſchata, *Muskatennuſs.*
Macis. *Muskatenblühe.*
Cinamomum. *Zimmt.*

ACRIORA.

Caryophyllus aromaticus. *Gewürznelke.*
Anthophyllus. *Mutternägelein.*
Piper. *Gemeiner Pfeffer.*
Amomum ſeu Piper Jamaicenſe. *Weſtindiſcher Pfeffer.*
Capſicum. *Spaniſcher Pfeffer.*
Cubebæ. *Cubeben.*
Cardamomum. *Cardamomen.*
Grana paradyſi. *Paradieskörner.*
Zingiber. *Ingwer.*
Galanga. *Galgantwurzel.*
Calamus aromaticus. *Calmus.*
Coriandrum. *Coriander.*
Vanilla. *Vanillie.*

EXTRAORDINARIA.

Curcuma. *Gilbwurz, gelber Ingwer.*
Orleana. *Orlean.*
Glacies. *Eis.*
Aer fixus. *Fixe Luft.*
Fermentum panis. *Sauerteig.*
Tartarus cereviſiæ. *Bierhefen.*
Aſa fœtida. *Stinkender Aſond. Teufelsdreck.*
Lauroceraſus. *Kirſchlorberbaum.*
Amylum. *Kraftmehl.*
Gummi arabicum. *Arabiſcher Gummi.*
Abelmoſchi ſemina. *Bieſamkörner.*
Ruta hortenſis. *Gartenweinraute.*

Nicotiana. *Tobak.*
Stincus marinus. *Stink.*
Pinguicula. *Fettkraut.*
Caryophillata. *Benedictenwurz.*
Abſynthium. *Wermuth.*
Calendula. *Ringelblume.*
Myrica Gale. *Gemeine Myrica.*
Filix mas. *Farrenkraut.*
Flos vitis viniferæ. *Weinſtockblühe.*
Farina mineralis. *Bergmehl.*

NARCOTICA INEBRIANTIA.

Opium. *Mohnſaft.*
Hyoſciamus phyſalodes ſeu Benge. *Sybiriſches Bilſenkraut.*
Harmala. *Gemeiner Harmel.*
Areca ſeu Pinanga. *Arecanuſs.*
Cannabis. *Hanf.*
Agaricus muſcarius. *Fliegenſchwamm.*
Lupulus. *Hopfen.*
Horminum. *Scharley. Scharlachkraut.*
Sclarea. *Muscatellerkraut.*
Rosmarinus ſylveſtris. *Wilder Roſmarin.*
Millefolium. *Schaafgarben.*
Lolium temulentum. *Sommerlolch.*

DE
CONDIMENTIS
GENERATIM.

Substantiæ, quæ eſculentis aut potulentis additæ gratum ſaporem vel odorem conciliant, *condimenta* dicuntur.

Hæc, paucis exceptis, vi nutriente deſtituuntur quidem, at grato ſtimulo ad faciliorem digeſtionem ciborum contribuunt, ad roborandum ventriculum, & cibos a corruptione præſervandos inſerviunt.

CONDIMENTA SALINA.

Sunt condimenta, quæ ſaporem ſalſum conciliant cibis.

SAL CULINARE ſeu FONTANUM.

Muria fontana L. Brunenſalz. *Sal commune* ſeu *Sal veſcum.* Eſt ſal medius ex alcali minerali fixo & acido ſalis conſtans.

Odor nullus; Sapor ſalſus. Ex fontibus, quos *Salinos* dicunt, evaporatione obtinetur & a ſalibus heterogeneis, quibus mixtum eſſe ſolet, purgatur.

Virtus. Saporem gratum conciliat cibis; attenuando mucoſas & gelatinoſas partes reſolutionem ciborum promovet; ſtimulo ſalino ventriculi actionem in cibos adauget, alvi ac urinæ excretionem ſolicitat, vermibus eſt infeſtum.

Hinc merito veteribus *aroma aromatum* audiebat; absque ſale enim non ſapit cibus nec digeritur.

Carnium & piſcium putredini reſiſtit, ſi uncia una aquæ non infra 15 grana contineat. Infra hoc pondus putredinem promovet.

Usus. Sal culinare omnibus fere cibis ut carnibus, piſcibus, oleribus, acetariis & juribus ſaporis conciliandi gratia modice additur.

Abuſus ſalis cibarii, maxime ſi aquæ potus jungatur parcior, acrimoniam muriaticam in corpore generat. Inde ſcorbutus, diſſolutio humorum, acritas ſalina, febricula lenta, ſitis, pruritus, rubores, putrida ulcera, contractura muſculorum & ligamentorum. *

---

* Id docent Claſſiarii qui ob multos cibos ſalitos in diæta navali adhibitos ſcorbuto putrido frequenter laborant. Si vero exceſſus adhuc major eſt, non quidem putredinem ſed duritiem inflexilem producit, cujuſmodi exemplum narratur in Actis Anglicanis de puella pica laborante; quæ a ſexto uſque ad decimum tertium ætatis annum ſale marino, non aliter ac pueri ſæpe ſaccharum vorare ſolent, utebatur, unde adeo rigida facta eſt, ut artus movere non poſſet unde & mortua eſt. *Philoſophical. Tranſact. ann.* 1665. *n.* 8. *p.* 138.

SAL GEMMÆ.

Muria montana L. Steinſalz ſeu Bergſalz. *Sal foſſile*, utplurimum pellucens obtinetur, e montium viſceribus efoditur, & a ſordibus & metallicis quandoque particulis alieno colore depuratur.

Odor nullus. Sapor ſalſus.

Virtus & Usus prioris.

SAL MARINUM.

Muria marina L. Meerſalz. Eſt ſal communis quod e mari in regionibus calidioribus evaporatione per aerem & ſolem, in frigidioribus evaporatione per ignem obtinetur.

Odor nullus. Sapor valde ſalſus.

Virtus præcedentis. Sal marinus omnes reliquos acrimonia ſuperat; at niſi depuretur amarus & ingratus eſt.

Usus apud populos maritimos & ad condiendos harengos.

NITRUM.

Eſt ſal medius ex alcali fixo vegetabili & acido nitri conſtans. Salpeter.

Odor nullus; Sapor ſalſo-amaricans, refrigerans.

Virtus. Saporem gratiorem ac ruborem amœniorem conciliat carnibus.

Usus. Cum ſale culinari inſpergitur ante fumationem *pernis Porcinis* Schinken ut magis rubeant.

CAVIARUM.

Ova ſeu Ovaria *Acipenſerum*, *Mugilis* & aliorum piſcium muria condita, contuſa, in ſole ſiccata & oleo immerſa dicuntur Caviar.

Odor piſcinus. Sapor ſalſus ex amaro dulcis, piſcinus. *Color* niger.

Virtus. Cibus digeſtu difficilis, nauſeoſus, acrimonioſus.

Usus. Gentes præſertim Græcæ Eccleſiæ addictæ diebus jejunii maximam hujus cibi copiam conſumunt. Caviarum vel crudum cum pane toſto, aut cum aceto & oleo, aut cum citri ſucco mixtum editur.

GARUM.

Eſt putrilago ex Interaneis piſcium vel ipſis piſcibus, ſuper prunas cum aceto ſolutis & dein cum vino putrefactis. Fiſchlake.

Odor piſcinus putridus; Sapor ſimilis, ſalſus.

Usus. Veteres hanc putrilaginem auro contra rependebant, & Romani, orbis domini iis horridis putrilaginibus ſuum cibum intingebant. Neque hodie penitus gari uſus obſolevit, cum in Lotharingia & in Tunkino ex ſquillis & cancris fœtidiſſimis etiam nunc Garum paretur. *

---

* *Ill.* Halleri *Elem. Phyſ. T.* VI. p. 204.

SARDINA,

Clupea Encraſiculus L. Sardelle. Abſciſſo capite exenteratur & ſale conditus nobis affertur piſciculus.

Odor piſcinus peculiaris, Sapor ſalſus, piſcinus, gratiſſimus.

Virtus ſalis culinaris, ac ſimul ſtomachica, & aphrodiſiaca, appetitum excitans, aliorum piſcium condimentum. Sed cibus acrimonioſus. *

Usus. Hi piſciculi cum capparibus & olivis ſumma cum voluptate eduntur crudi; etiam piſcibus, caponibus, ovis frixis ſaporis gratia adduntur. Ex encraſicolo ſuper prunas in aceto ſoluto optimum ſit *garum.*

HALEX.

Clupea Harengus L. Häring. Piſcis ſale conditus nobis adfertur.

Virtus. Recens harengus ſuo ſale appetitum excitat, digeſtionem promovet, mucum ſolvit & digeſtu facilis eſt hominibus ſanis, nec non in morbis pituitoſis & ſcrophuloſis: at qui, ulcere, vulnere, febre calida, viſcere ulceroſo, ſcabie, herpete, aut alia cachexia laborat, ut ſcorbuto vel morbo putrido, huic harengus nocet, omnes enim hi morbi ab eſu ejusdem deteriores redduntur. **

* Ex ſardinarum eſu frequenti ſcabies epidemica obſervabatur. *Mémoires de l'Académ.* 1749. p. 134.

** *Cel.* Graumann *Diätetiſches Wochenblatt für alle*

Usus. Editur forma acetarii cum aceto, oleo, olivis capparibus & in teſſulas conſciſſis pomis, vel caſeo parmeſano. Editur etiam recens, vel vario embemmate conditus, aut aſſatus.

Abuſus inducit ſcorbutum, morbos putridos & acrimonioſos. Additur condimenti inſtar variis aliis cibis.

CARO MURIATA.

Caro animalis vel piſcis muria condita. Pöckelfleiſch.

Virtus. Muria carni gratiam & teneritudinem conciliat, atque illam diu a putredine præſervat. Hinc talis caro tenera & ſapida eſt atque facile digeritur. Si vero maceratio in muria juſto diutius protrahatur, tunc dura, rancida, putreſcens & inſalubris evadit atque ſcorbutum, febrem putridam vel alios morbos putridos producit. Nocet enim duritie, rancore, putredine, ſale.

Usus. Non ſolum caro porcina, ſed etiam bubula & aliæ carnes ut & piſces muria condiri ſolent.

CARO FUMATA.

Caro *leviter* infumata, geſchweltes; Caro *perfumata* geräuchertes Fleiſch dicitur.

Virtus. Fumus ligni ſale acido carnes & piſces a putredine diu præſervat, tenacitatem attenuat,

---

Stände I. *B*. p. 138. Doleo, quod egregium hunc librum non citius quam vix ante finitam mei operis impreſſionem obtinere potuerim.

minuit humiditatem, pinguedinem exſiccat & aliquantum indurat.

Caro *infumata* ſapida, tenerior, digeſtu facilior & ſalubrior eſt quam perfumata, atque ventriculum ad digeſtionem excitat, hinc dantur, qui infumatam porci carnem facilius quam coctam vel aſſatam digerunt.

Caro autem nimis perfumata & diu aſſervata, durum, tenacem, difficulter digerendum & inſalubrem ſiſtit cibum.

Usus. Caro non ſolum porcina, ſed & aliorum animalium ut & piſces fumo condita in cibum aſſervari ſolent.

CONDIMENTA ACIDA.

Sunt condimenta, quæ cibos ſapore acido imbuunt.

ACETUM VINI.

Eſt liquor acidus ex vini fermentatione acida natus. Weineſſig.

Odor fragrans, acidus, gratus. Sapor odori congruus.

Virtus antiſeptica, antibilioſa, ſudorifera, cardiaca, gratum ſaporem acidum cibis concilians.

Usus. Carnes & piſces aceto conditæ teneriores & ſapidiores fiunt, atque a putredine præſervantur. Alcaleſcentia carnis ferinæ aceto mitigatur. Cruditas herbarum acetariarum corrigitur ab aceto.

Vis medicata. In morbis putridis, bilioſis, verminoſis & ſcorbuticis cibi aceto acidulati conveniunt. Oxycratum pro potu adhibitum ſudorem movet, ſitim ſedat, putredinem arcet, obeſitatem impedire dicitur.

Nocet autem acetum calculoſis, arthriticis, phtyſicis, hyſtericis, hypochondriacis, chloroticis, tuſſientibus, infantibus. Immodicus uſus ſaburram acidam, bilis inertiam, cachexiam acidam inducit.

ACETUM CEREVISIÆ.

Eſt liquor acidus ex cereviſiæ fermentatione acida natus. Biereſſig.

Odor minus gratus quam in aceto vini; Sapor aceti ſaltem vulgaris ingratus, maltum & lupulum aliquantum redolens. *Conſiſtentia* turbida.

Virtus debilior quam in aceto vini.

Usus. In culinis noſtris ad carnis macerationem ſolumodo adhibetur.

OMPHACIUM.

Eſt ſuccus ex *uvis immaturis* preſſus & aliquantum fermentatus. Dicitur etiam *Agreſta.* Agreſt.

Odor ſubvinoſus; Sapor acidus, adſtringens, gratus.

Virtus valde refrigerans, roborans. In cadis bene obturatis addito pauxillo ſalis in cella ad tertium annum aſſervari poteſt.

Usus. In gallia & quibusdam regionibus calidis uſitatiſſimum eſt condimentum pro intinctibus car-

nium, piſcium, ovorum, quibus mire gratum conciliat ſaporem.

Noſtrates *uvas immaturas* pro intinctu ad carnes in embemmate coquunt.

SUCCUS CITRI.

Eſt ſuccus ex *malo citreo* expreſſus.

Odor nullus; Sapor acidus, gratus.

Virtus refrigerans, antiſeptica, gratum ſaporem acidulum cibis concilians.

Usus. Ob gratam aciditatem pro communiſſimo condimento embemmatibus carnium & piſcium additur.

Hyſtericæ, hypochondriaci, arthritici & calculoſi qui cibos aceto conditos ferre nequeunt, cibos ſucco citri vel limonum acidulatos facillime ferunt.

CONDIMENTA DULCIA.

Quæ ſaporem dulcem cibis conciliant, huc pertinent.

SACCHARUM.

Saccharum officinarum L. Zucker. Eſt ſal eſſentialis *Arundinis ſacchariferæ L.* *

Odor nullus; Sapor dulciſſimus. *Conſtat* oleo & acido proprio.

* *Cel.* Behrens *diſſ. dulcium naturam & vires exponens. Göttingæ.* 1779.

Virtus eſt nutriens, * relaxans, ſaponacea, eccoprotica, antiſcorbutica ** anthelmintica *** antiſeptica. **** Oleoſa ſabigens cum aqua, hinc obeſitatis remedium & digeſtivum ciborum pinguium.

Usus. Frequentiſſimum eſt condimentum ad dulcificandos cibos. *Fructus* varii ſaccharo condiuntur, atque ex farina cum ſaccharo & aromatibus variæ fiunt *paſtæ ſaccharinæ*, quæ menſis ſecundis apponi ſolent.

Vis noxia. Saccharata uſu immodico ob latens acidum fortiſſimum dentes denigrant, & oſſibus dicuntur inimica. In primis viis ob vim fermentantem ſaburram acido - flatulentam generant,

---

* In India mancipiis reliquiæ, a ſecunda ſacchari Succi ebullitione remanens in victum cedunt & porci a craſſioribus ſacchari fœcibus pingueſcunt.

** Indos, qui copia ſacchari abundant, nunquam ſcorbuto laborare adnotavit Becherus p. 334.

*** Andry *generation des verſ.* p. 164. obſervationem habet pueri, qui confectione ſaccharata abundanter ingeſta copiam vermium per alvum dejecit. Lumbrici aquæ ſaccharatæ immerſi intra unam vel duas horas vivere deſinunt, quum in decocto abſynthii & in ſolutione aloes 20 imo 30 horas vitam protraherent.

**** Caro vitulina pulvere ſacchari conſperſa, immunis a putredine manſit & exſiccata. Sanguis recens in ſacchari ſolutionem translatus ne exacte quidem ſeptimo die notas putredinis exhibuit. *Ill.* Pringle *Diſeaſes of the army. App.* p. XL.

relaxant partes firmas, ſolvunt humores, generi nervoſo aciditate obſunt, hinc caveant a ſaccharinis, quibus acidum in primis viis eſt, vel bilis iners, aut laxitas ventriculi vel pulmonum, ideo debilibus, chloroticis, hyſtericis, hypochondriacis, infantibus, rhachiticis nocent. *

Calx ad depurandum ſaccharum adhibita, quæ inanem multis incutit timorem, nullam infert noxam, cum ſaccharum non ingrediatur. **

M E L.

Mel officinarum. Honig. Eſt ſuccus dulcis ab *Ape mellifera L.* ex nectariis florum collectus in ejus ventriculo elaboratus, atque intra favos repoſitus. Sponte ex favo craticulæ impoſito defluens eſt optimum & vocatur *Mel virgineum.* Expreſſum eſt vilius, ceram redolens & *Mel commune* dicitur. *Excoctum* vero nullius prorſus eſt valoris.

Odor fragrans haud ingratus; Sapor dulciſſimus ſub-

---

* Non enim omnes ſaccharum adeo facile ferunt, quam dux *de Beaufort*, qui ſacchari ℔j per 40 annos quotidie ſumpſit & ætatem 70 annorum attigit, poſt mortem viſcera tamen inventa ſunt ſana denteſque incorrupti. *Cel.* Slares *Vindication of Sugar.*

** Calx ad præparationem ſacchari adhibita abripit modo juſto abundantius acidum & cum hoc vel fundum petit vel ſpumæ inhæret, conſequenter nullo modo nocere poteſt. Si vero integra fruſta calcarea in ſaccharo fuere deprehenſa, tunc hæc modo caſu fortuito acceſſerunt. *Cel.* Behrens. *l. c. p.* 27.

acriuſculus. *Conſtat* ex acido ſacchari & mucilagineo oleoſo principio.

VIRTUS eſt nutriens, relaxans, abſtergens, ſaponacea, ſolvens, eccoprotica, diuretica, antiſeptica.

USUS. Veteres, dum ſaccharo carebant, non ſolum fructus ſed & alia plurima eſculenta melle condiebant. Noſtrates panem melle crudo illitum commedunt, variaque panificia, præſertim *panem piperatum* Pfefferkuchen conficiunt. Demum ad fructus & alios cibos dulcificandos mel adhiberi ſolet.

Vis medicata. Virtute abſtergente conducit ulceroſis, conſtipatis, arenoſis * & verminoſis.

Vis noxia. Mel facile in ventriculo fermentat, flatus generat, bilem reſolvit, hinc mel bileſcere ventriculum dicitur. Multis ex idioſincraſia diarrhæam torminoſam ut vidi cauſat.

SAPA MUSTI.

Muſtum ad tertias partes coctum *Sapa*, & ad dimidias coctum *Defrutum* vocatur.

ODOR & SAPOR dulciſſimus, gratior ſapore mellis.

VIRTUS ſacchari adinſtar dulcificans cibos.

USUS. Loco pretioſi ſacchari fructibus horæis coctis, embemmatibus carinum quarumdam Moſtbratten dictarum additur.

---

* *Cel.* PERCIVAL'S *Eſſays* p. 232. *Ill.* PRINGLE quavis hebdomade longo tempore libram unam mellis ſabulo afflictis ſumma cum utilitate dedit.

CONDIMENTA PINGUIA.

Sunt condimenta, quæ cibos blando ſapore pingui imbuunt: absque butyro enim aut oleo inſipidus fere omnis eſt cibus. Cibos lubricant; ut facilius deglutiri poſſint. Inſigniter denique nutriunt * ſed validum & diu durans nec facile adeo digerendum præbent alimentum. Carnes, ova & alii cibi pinguedine fuſa obducti diu a putredine immunes ſe præſervari ſinunt.

Abuſus vero pingium relaxat primas vias, & totum corpus. Inde leucophlegmatia vel obeſitas gravans, & obſtructiones pituitoſæ viſcerum. *Ranceſcentia* vero pinguia in primis viis pyroſim, in ſecundis cacochymiam rancidam, inflammationes, exanthemata herpetica, ulcera maligna, gangrenam, cariem, cancros producunt. ** Rancida &

---

* Egregius HEWSON (*Experimental inquiry into the proprieties of the blood London* 1771. p. 127) refert de amico ſuo STRACKIO, quod ille variis inſtitutis ponderatione experimentis detexiſſet, dum per aliquod tempus diverſis cibis uteretur, minorem ſevi quantitatem jacturæ ſui corporis reparandæ ſufficere quam cujusvis alterius cibi, & facta comparatione cum parte carnis macilenta, pinguedinis facultatem nutriendi eſſe ad minimum ut tria ad unum.

** *Ill.* GAUBII *inſtitut. pathol. editio ſecunda p.* 320.

corrupta

corrupta cito fit animalium pinguedo & peſſima eſt piſcium: hæc ſodam, cardialgiam, colicam, ſcorbutum oleoſum, febrem ardentem & lepram cauſat.

In noſtris regionibus frequentiſſimo in uſu ſunt cremor lactis, butyrum, lardum & pinguedo bubula; in Meridionali Europa oleum olivarum; in frigidis plagis pinguedo piſcium, Balænarum nempe & Phocarum. Ne condimenta pinguia adeo cito ranceſcant, decoquuntur, condiuntur ſale vel fumo indurantur ut lardum.

Quo recentiora ſunt pinguia, quo molliora, eo minus nocent; frigida minus, quam calida, Butyrum liquatum & dum calet aſſumptum a plerisque hominibus minus bene fertur, quam recens & frigidum. Nunquam conducunt ſincera, ſed ſemper cum aliis cibis mixta aſſumantur. Peſſimus mos eſt, qui tantum fere butyri, quantum panis edunt, qui cremore lactis frequenter & ſine pane aut alio ſicciore cibo utuntur. Qui legumina & olera nimis pinguefaciunt. Potus calidus deſuper hauſtus pinguedinem extricat, frigidus retinet, hinc minus nocet, ut experientia docuit.

Abuſus. Pinguia difficulter digeruntur *, dyſpepta ſunt & diu in ventriculo manent, aut in fracedinem vel rancorem abeunt, igne redduntur *empyreumatica.*

* *Ill.* HALLER *c. l.* p. 324.

OLEUM OLIVARUM.

Oleum ex fructu *OLEÆ europææ L.* expreſſum. Baumöl. Olivenöl.

Odor olei recentis vix ullus; Sapor blandus. Aetate ranceſcit & acre fit. Album optimum, viride vilius eſt.

Virtus nutriens, relaxans, involvens, ſaporem blandum concilians.

Usus. Quarumdam regionum incolæ & monachi quidam ad cibos pinguefaciendos oleo loco butyri utuntur, effectu autem minus ſalubri. Nos acetum cum oleo miſcemus pro condimento acetariorum.

OLEUM AMYGDALARUM.

Oleum e nucleis *AMYGDALI communis L.* expreſſum. Mandelöl.

Odor nullus; Sapor blandus, ſubdulcis ſive ex dulcibus ſive ex amaris amygdalis ſit preſſum. Hoc oleum priori facilius ranceſcit.

Virtus ut olei olivarum eſt.

Usus pro condimento acetarii a delicatulis adhibetur.

OLEUM LINI.

Oleum ex ſeminibus *LINI uſitatiſſimi L.* expreſſum. Leinöl.

Odor & Sapor olei etiam recentis aliquantum ingratus; in calore ranceſcit.

Virtus nutriens, relaxans, emolliens, alvum lubricans.

Usus. Quibusdam in regionibus braſſicam acidulatam crudam cum oleo lini conditam comedunt. Cibus mihi ingratiſſimus ab aliis delicatus invenitur. Alii oleum lini cibis & juri addunt.

OLEUM COCOS.

Oleum ex nuce arboris *Cocos butyracea L.* dictæ expreſſum vel excoctum. Cocosöl etiam *oleum Calappi* vocatur.

Non ſolum ex hac ſed etiam ex aliis palmarum ſpeciebus ſimile oleum butyraceum paratur ut ex *coco nucifera*, ex *Elaide Guinenſi* aliisque. *

Odor ſubranceſcens; Sapor dulcis ut olei olivarum.

Virtus. Expreſſum eſt blandum, excoctum vilius; utrumque intra dimidium menſem valde ranceſcit.

Usus. Per totam Indiam hoc oleum, cum quo omnes piſces & olera præparantur, eſt uſitatiſſimum. Rancidum a pauperibus in cibum recipitur. Inde probabiliter Indorum ſanguis per continuum hujus olei uſum in cibis rancidus evadit, unde forte ſcabies maligna, cui Indi adeo obnoxii ſunt, originem habet. **

* *Cel.* Aubl. *Gian app.* p. 96.

** *Cel.* Rumph T. I. C. 3.

OLEUM RAPARUM.

Oleum ex ſeminibus *Brassicæ Napi L.* expreſſum. Rübſaamenöl.

Odor ſubrancidus; Sapor acriuſculus.

Virtus inſalubris.

Usus. In Belgio & inferiori Saxonia loco olei olivarum ab inferioris ſortis hominibus uſurpatur. Maxime hoc oleum in uſum Lampadum a plebe adhibetur, ſed ardens fuligine ſua gravat pectus & inquinat ſuppellectilem, ſtupaque, dum exſtinguitur, graviter fœtet.

OLEUM PAPAVERIS.

Oleum e ſeminibus *Papaveris ſomniferi L.* Mohnſaamenöl.

Odor & Sapor blandus.

Virtus prioris. Omni vi narcotica caret.

Usus. Loco butyri absque noxa cibis additur in variis locis. * Placentæ poſt olei expreſſionem reſiduæ a pueris impune devorantur.

OLEUM SESAMINUM.

Sesamum orientale L. Oleum e ſeminibus preſſum. Seſamöl.

---

* *Cel.* Rozier *obſervat. ſur la phyſique.* 1776. *in Aug.* in Gallia pereuntibus hyeme a 1710 oleis, oleo olivarum ſurrogatum fuit. Nuperrime hoc oleum regno lucrum octodecim millionum attulit.

Odor olei nullus. Sapor ſubdulcis, gratiſſimus. *Indoles* blanda valde & nutriens, difficulter ranceſcens.

Usus. Indis inſervit ad quosvis cibos pingues reddendos.

OLEUM MYAGRINUM.

Myagrum ſativum L. Oleum e ſeminibus preſſum. Leindotteröl.

Virtus blanda, oleo ſeſamino ſimilis.

Usus. Loco olei olivarum hinc inde adhibetur. Pauperes in Germaniæ quibusdam locis loco butyri oleo myagrino utuntur.

MEDULLA OSSIUM.

Eſt tenera pinguedo in oſſibus bovinis contenta. Knochenmark.

Odor nullus; Sapor pinguis, blandus, gratus.

Virtus nutriens, lubricans.

Usus. Juri carnium, oleribusque gratum conciliat ſaporem pinguem.

PINGUEDO BOVINA.

Pinguedo *Bovis* Rindfett.

Odor nullus. Sapor pinguis, blandus.

Virtus nutriens, lubricans.

Usus. Oleribus & aliis cibis lubricandis inſervit.

PINGUEDO ANSERINA.

Pinguedo *Anseris* Gänſefett.

Odor & Sapor acriuſculus, butyro ſapidior, at illo inſalubrior ob levem ranceſcentiam.

Virtus nutriens, emolliens, reſolvens. Adeps ſapida eſt, ſed flatus, rancedinem & pectoris oppreſſionem progenerare ſolet, ſi cereviſia ſuperbibatur.

Usus. Oleribus loco butyri ob ſaporis anſerini gratiam admiſcetur. Pane hoc pinguedine illito delectantur multi.

PINGUEDO PORCINA.

Pinguedo *Suis Scrofæ L.* Schweinſchmalz.

Odor & Sapor non adeo gratus ac in butyro.

Virtus prioris.

Usus ad olera lubricanda & paſtas fermentatas Krapfen frigendas adhibetur.

PINGUEDO PISCINA.

Pinguedo *Balænarum* vel *Physeterum* vel *Delphinorum L.* Fiſchſchmalz. Fiſchthran.

Odor ſubrancidus. Sapor ſubacris, ranceſcens.

Virtus nutriens, emolliens. Sudorem fœtidum reddens. Hinc eſt quod Groenlandi vehementiſſime oleant, quibus ſolenne eſt fracidis & ranceſcentibus oleis animalium cetaceorum & phocarum aſſidue atque immodice uti.

Usus præcedentis. In frigidis plagis vulgatiſſimum condimentum pingue eſt.

PINGUEDO EMPYREUMATICA.

Eſt pinguedo igne empyreuticam indolem nacta. Tropffette.

Usus. Oleum e carnibus, dum aſſantur, deſtillans ſedulo colligitur & ad fercula ſapidiſſima adhibetur. Quin imo carnes ut majorem pinguedinis copiam & habeant & fundant, lardo involvuntur, butyro implentur & jugiter perfunduntur. Deſtillans oleum ab igne aperto & ſicco aduſtum placet quidem palato, ſed manifeſtam acrimoniam habet & ex vulgatiſſima obſervatione ſtomacho grave eſt, eoque magis inimicum, quo natura animalis, e quo fluxit, calidior & ad corruptionem proclivior eſt. Quare etiam ex ſylveſtribus & feris, item e piſcibus elicitum ſub aſſatione oleum ob nimiam acritatem plerumque abjici ſolet. *

LARDUM PORCINUM.

Eſt adipoſa membrana *Suis Scrophæ L.* Speck.

Odor nullus; Sapor pinguis.

Virtus recentis nutriens, ranceſcentis inſalubris.

Usus ad varios cibos pingues reddendos.

CONDIMENTA LACTEA.

Sunt ciborum condimenta pinguia, quæ ex lacte præparantur.

* *Cel.* Grüll *diſſ. de rancore & morbis ex rancido. Lugduni Batav.* 1777. *p.* 75.

CREMOR LACTIS DULCIS.

Pars lactis oleoſa quæ in quiete ſponte enatat in ſuperficiem lactis dulcis. Sahne, Rohm.

Odor nullus; Sapor lacteus, pingius, gratiſſimus.

Virtus valde nutriens, relaxans, acrimoniam involvens.

Usus. Aeſtate cum ſaccharo, quod hunc cremorem gratiorem & ſalubriorem reddit, comedi ſolet. Eſt denique conſuetum additamentum coffeæ.

CREMOR LACTIS ACIDULUS.

Pars lactis oleoſa, quæ ſua ſponte ex lacte aceſcente in ſuperficiem enatat. Saurer Milchrahm.

Odor nullus; Sapor acido-pinguis, gratus.

Virtus nutriens, emolliens, refrigerans.

Usus. Additur variis cibis pro condimento pingui acidulo.

OXYGALA.

Eſt lac integrum jam aceſcens. Saure Milch.

Odor nullus; Sapor lacteo-aceſcens.

Virtus nutriens, refrigerans, eccoprotica, ſitim ſedans.

Usus. Tempore æſtivo præbet gratum cibum.

LAC EBUTYRATUM.

Eſt lac ſuo cremore maximam partem orbatum. Buttermilch.

Odor nullus; Sapor lacteo-aquoſus.

Virtus nutriens, temperans, diluens.

Usus. Saluberrimum eſt ſiccis, bilioſis, fabricitantibus & calidæ naturæ hominibus.

LAC SPISSATUM.

Eſt lac calefactum dein *Pinguicula L.* vel *Dorſea L.* vel *coagulo* animali *Lab* dicto coagulatum & ſero privatum. Dickmilch.

Odor nullus. Sapor dulcis, gratus. *Conſtat* cremore & caſeoſa lactis parte.

Virtus valde nutriens;

Usus. In *Suecia* & *Islandia* frequens eſt cibus. Nec unquam male ſe habuiſſe dicuntur incolæ a quotidiano hujus lactis uſu. *

COAGULUM LACTIS.

Pars lactis caſeoſa a ſero præcipitata, fermentationem caſeoſam nondum paſſa. Milchtopfe.

Odor nullus; Sapor mitis, ſubcaſeoſus, acidulus.

Virtus nutriens, inviſcans, glutinans.

Usus. Comeditur crudum coagulum cum ſaccharo & additur variis cibis farinaceis.

BUTYRUM RECENS.

Pars lactis vaccini oleoſa, agitatione a lacte ſeparata.

Odor nullus; Sapor pinguis, mollis, ſubdulceſcens, omnium pinguedinum delicatiſſimus. Non ſalitum butyrum brevi ranceſcit.

---

* *Schwed. Abh.* 11. *B.* p. 15.

Virtus nutriens, relaxans, obvolvens, omnium pinguedinum facillime digerenda.

Usus. Eſt comune ad cibos condimentum pingue. Cum pane butyrum majale, quod delicatiſſimum eſt, a multis comeſtum amatur.

Noxa. Quibus pulmo non eſt liberrimus, ii continuo, præſertim catarrhoſi in aſpera arteria difficultatem & neceſſitatem frequenter ſcreandi percipiunt. In omnibus morbis acutis butyrum eſt veneni loco, & in debilioris ventriculi hominibus facile in rancidum liquamen abit, quod poſt multa incommoda per vomitum rancidum aut motam diarrhæam decedit.

BUTYRUM COCTUM.

Butyrum igne liquefactum. Schmalz. Hac præparatione butyrum diu incorruptum ſervari poteſt.

Odor nullus; Sapor pinguis non adeo gratus ac butyri recentis.

Virtus nutriens, emolliens, diu non ranceſcens.

Usus. Eſt communiſſimum ciborum condimentum pingue.

CASEUS CREMORACEUS.

Pars coagulabilis lactis fermentationem caſeoſam paſſa generatim *caſeus* vocatur. Käße.

Varia eſt caſei bonitas pro diverſitate animalis & lactis parte, quæ ad caſei præparationem adhibetur.

Caſeus *vaccinus* Kuchkäſe, ovillo minus, aſinino & caprillo magis tenax eſt.

Caſeus *ovillus* Schaafkäſe. Vaccino minus nutrit, at

digeſtu facilior eſt ; optimus cenſetur *Liptavienſis.*

—— *caprillus.* Ziegenkäſe. Recens tantum edi poteſt, vilis notæ eſt antiquus.

—— *buffelæ*, Büffelkäße ex lacte Bufellæ. Saporis gratia præfertur vaccino.

Triplex habetur caſei ſpecies, reſpectu lactis. *Cremoraceus*, *non cremoraceus*, *antiquus.*

CASEUS CREMORACEUS.

Caſeus cremoraceus Butterkäß. Qui ex lacte adhuc cum ſuo cremore remixto paratur.

ODOR mitis, caſeoſus ; SAPOR pinguis, ſubdulceſcens, caſeoſus, mitis.

VIRTUS valde nutriens, ob alcaleſcentiam acido reſiſtens. Pro cibo optimus, cum non multum a lactis natura recedat.

USUS. Eſt multarum regionum pabulum vulgare. Optimus eſt *Hippace* vulgo Parmeſankäſe ſeu *Lodinenſis*, item caſeus *Belgicus*, *Helveticus*, *Friſenſis*, *Limburgenſis.*

Abuſus. Caſeus diutiſſime in ventriculo reſidet, quod oris fœtor teſtatur, oleo & putrida natura irritabilitatem primarum viarum obtundit, hinc alvus difficilis ductu. * In hominibus ſedentariis facile

---

* Difficillime alpicolis multo caſeo utentibus alvus ducitur, nam pinguedo & putrida natura caſei motum periſtalticum minuunt. HALLER *Elem. Phyſiol.* T. VII, p. 2. & p. 44.

ſaburram putridam cauſat, hinc in ſcorbuto, febre & aliis morbis putridis valde noxius eſt caſeus. Alpicolæ caſeum facilius ferunt, quod cum eo lactis & ſeri plurimum ſumant, quo acore natura putrida caſei contemperatur.

CASEUS NON CREMORACEUS.

Caſeus qui ablato cremore ex ſolo coagulo lactis paratur. Ziger. *Caſeus ſecundarius.* Nachkäß.

Odor & Sapor caſeoſus, at ſiccus, ingratus, durus.

Virtus. Talis caſeus eſt priori multo inſalubrior, nam durus eſt inſtar cornu, parum nutriens, digeſtu difficillimus. Hinc pondus in ventriculo, gluten primarum viarum & pulmonum; viſcerum obſtructiones & calculum generat.

Usus. Eſt cibus pauperum. Optimus adhuc eſt caſeus *Glaronenſis viridis* ſeu *raſilis*, Schabzieger, qui additione lectiſſimarum herbarum adeo corrigitur ut ſtomacho gratus & utilior fiat.

CASEUS ACRIS.

Eſt caſeus cremoraceus ætate jam valde acris, *alter* Käß.

Odor fortis, ingratus, multis nauſeoſus. Sapor acerrimus, rancido-alcaleſcens, vermibus ſcatens.

Virtus. Inter manducandum os ſæpe inflammans ac epithelion labiorum, linguæ, gingivarum in bullas elevans, excorians. Rancido-alcalinum lentorem in primis viis, ſimilemque chylum generans. Inde vermes, febris ſaburralis, putrida, ut-

plurimum lethalis * in hominibus, qui caſeo abutuntur.

Uſus eſt cibus pauperum.

CONDIMENTA GELATINOSA.

Sunt condimenta, quæ maximam partem ex gelatina animali conſtant.

Celerrime nutriunt, quia facile in primis viis in chylum mutantur, & absque longa mora in ſanguinem tranſeunt, hinc ægris exhauſtis & imbecillibus offeruntur. Sed ſæpius & parce, atque ſufficienter aqua diluta præberi debent, alias in debili ſtomacho in tenaciſſimum gluten putridum abeunt. Robuſtis vero ac ſanis hominibus nimis frequens gelatinoſorum uſus plethoram inducit vel mala quæ ex abuſu carnium oriri diximus.

GELATINA CORNU CERVI.

Eſt gelatina ex cornu *Cervi Elaphi L.* coctione extracta. Hirſchhornſulze.

Odor nullus; Sapor blandus, gelatinoſus.

Virtus valde nutriens, obvolvens, primo aceſcens, dein putreſcens.

Usus. Cum ſaccharo & ſucco citri vel alius fructus mixta comedi ſolet.

---

* Qui caſeo abutuntur morbo acuto præhenſi vix evadunt. *Ill.* Halleri *Elem. Phyſ.* T. VII. pars II. p. 44.

GELATINA CARNIS.

Eſt gelatina ex carne vitulina, gallina, aut porcina coctione longa extracta. Fleiſchgalert.

Odor nullus; Sapor gelatinoſus.

Virtus nutriens, obvolvens.

Usus. Pro condimento hæ gelatinæ cum aromatibus frigide comedi ſolent. Etiam piſcis ſic gelati parantur pro menſis. Demum *tabulæ* ex *gelatina ſiccata* ſub nomine *Soup portable* parantur, quæ ab itinerantibus aqua calida diluuntur & loco juris bubuli in itinere hauriuntur.

GELATINA ICHTYOCOLLÆ.

Eſt gluten e veſica aërea *ACIPENSERUM L.* coctione parata. Hauſenblaſengalert.

Odor nullus; Sapor iners, glutinoſus.

Virtus nutriens, obvolvens.

Usus. Pro condimento cum ſyrupo ſacchari & emulſione amygdalina vel ſucco citri, vel aurantii vel ribium &c imponitur menſis. Juribus gelandis additur. Vina *turbida* ichtyocolla clarificari ſolent.

GELATINA AMYLI.

Eſt gelatina vegetabilis ex tritico elicita. Kraftmehlgalerte.

Odor nullus; Sapor farinaceus.

Virtus nutriens, obvolvens.

Usus. Ex *vulgari* amylo parantur placentæ variæ. Ex amylo *fermentato* parant Ruſſi ſuum *Kiſel*, quod

ſapidus eſt cibus, quem cum lacte vel vino & aqua ſaccharoque comedunt. *

ALBUMEN OVI.

Eſt pars glutinoſa *OVI gallinacei.* Eyweis.

ODOR nullus; SAPOR glutinoſus. Aqua *tepida* ſolvitur, *fervida* induratur.

VIRTUS nutriens, demulcens, obvolvens, mucum deraſum reſtituens. Minus valens exhibetur nutrimentum quam ovi vitellus. Albumen calore induratum digeſtu difficillimus eſt cibus. At ovi albumen aqua tepida dilutum bene nutrit.

Pullus ovi vitello incluſus, ſolo albumine ſub leni calore incubatus ſoluto, intra breve tempus bene enutritur & increſcit.

USUS. Albumen conquaſſatum cum jure carnium ſub nomine Haderſupe imponitur menſis. Adhibetur etiam ad varias cupedias parandas & clarificandum vinum turbidum.

VITELLUS OVI.

Eſt pars flava, oleoſo-gelatinoſa *OVI gallinacei.* Eyerdotter.

---

* Amylum fermentatum ſic paratur a Ruſſis. Recipiatur farinæ tritici libra una alterave, huic adjiciatur furfuris tritici manip. j, tartari cereviſiæ q. s. & aquæ ſimpl. q. s. ſtent loco tepidiuſculo & fermentent per 14 dies. Peracta fermentatione liquor decantetur & amylum aqua ablutum ſervetur pro parando Kiſel.

Odor nullus; Sapor oleoſo-gelatinoſus, inſipidus. Aqua tepida diluitur.

Virtus. Fortior albumine cibus eſt, digeſtu difficilior, plus nutriens quam albumen, in laudabilem tamen chylum ſine magno coctionis molimine tranſiens. Vis eſt nutriens, vi ſaponacea ſolvens, calefaciens, putreſcens. Hinc non convenit febrientibus, & bilioſis. Nimia copia rancorem in primis viis creat. *

Usus. Additur ſaporis & majoris nutritionis gratia juri carnium.

OVA GALLINACEA INTEGRA.

Ova gallinæ domeſticæ L. Hünner-Eyer.

Odor nullus; Sapor blandus.

Virtus. Ova vi nutriendi cibis animalibus fere omnibus palmam præripiunt. Sed pendet illorum ſalubritas a vario coctionis gradu.

Ova facile digerenda & bonum nutrimentum exhibentia, ſunt:

α. Ova *ſorbilia* Schlurfeyer. In quibus albumen nondum coiit, hinc quæ liquida & fere ſemicruda ſunt. Celerrime nutriunt, cito vires amiſſas reſtaurant, alvum laxant, ſolida emolliunt, humores acres demulcent, raucis & tuſſientibus utilia ſunt.

---

* *Cel.* Halleri *Elem. phyſ.* T. VI. p. 325.

ß. Ova

ß. Ova *tremula* Weichgeſottene Eyer. In quibus albumen inſtar lactis tremulum eſt. Solidius prioribus nutrimentum præbent.

γ. — *denſata* ſeu *mediocriter dura*, in quibus mollis vitellus duriuſculo circumdatur albumine, hominibus robuſtioribus, qui ſolidiori indigent alimento, conveniunt.

Usus. Ova hæc mollia cum ſale comeduntur. Adduntur ova variis cibis farinaceis. Vide *Panis ovatus.* Vitellus jure carnis dilutus tormina a purgantibus draſticis compeſcit. Ovum *crudum* integrum id eſt albumen cum vitillo in ℔ß aquæ frigidæ dilutum & aliquoties de die hauſtum bonum eſt remediam pro ictericis. *

Abuſus. Ova quantitate nimia comeſta cruditates putridas facile pariunt, inde nauſea & ructus nidoroſi. Hinc ova febricitantibus ſunt noxia. Solus vitellus in ventriculo facilius putreſcit, quam ſi una cum albumine comeditur. **

Ad ova dyſpepta, malum chylum generantia, referuntur:

α. Ova *elixa dura*, Hartgeſottene Eyer, in quibus albumen calore in corneam quaſi duritiem eſt denſatum. Hæc difficillime digeruntur, per multos ſæpe dies flatus & ructus nido-

---

* *Cel.* WEIKART *med. Schrift.* 4. *B.* p. 204.

** *Cel.* GEOFFROY *mat. med.* 7. *Th.* p. 514.

roſos emittunt. Mors ab ovis duris adſumptis obſervata fuit. *

β. —- *toſta*, nempe ſub cineribus toſta gebrattene Eyer præcedentium ſunt indolis.

γ. Ova *frixa*; nempe in ſartagine frixa. Huc pertinent a. ova *integra* Sezeyer. b. *conquaſſata* Rührener, c. *in placentam* fricta. Eyerkuchen. Præter duritiem habent hæc ova aliquid empyreumatici, acris, quo pars oleoſa vitelli ſub toſtione aut frixione inficitur, hinc concoctu difficilia ſunt & ructus putrido rancidos gignunt.

δ. —- *antiqua.* Alte Eyer, hæc utplurimum partim inania & ſubputrida ſunt, hinc pravi odoris & ſaporis. Si valde putreſcunt, vomituritionem, diarrhæam, tormina, anxietates, horripilationem & febrem putridam producunt.

Ad *OVA DYSPEPTA* etiam referuntur ob difficilem digeſtiorem & ingratiorem ſaporem:

Ova *Gallopavonum.* Indian ſeu Truthahneyer.

—- *Anſerum.* Gänſeeyer. Ova magna ventriculum aggravantia.

—- *Anatum.* Enteneyer.

—- *Pavonum.* Pfaueneyer.

—- *Cygni.* Schwaneneyer. Quæ Islandiæ incolis grata ſunt.

* *Ill.* LINNE *Skonska reſa* p. 300.

Ova *Crocodili.* Crocodilleyer, quæ magnitudinem ovi anſerini habent & ab Aegyptiis æſtimantur.

—- *Struthiocameli.* Straußeneyer.

—- *Vanelli.* Kybizeyer.

—- *Columbarum.* Taubeneyer, ob ſaporem pravum rejiciuntur.

—- *Phaſianorum*, Phaſoneyer, bonitate accedunt gallinacis.

SANGUIS ANIMALIUM.

Succus ruber, vitalis e vaſis animalium. Blut.

Odor nullus; Sapor gelatinoſus, ſubſalſus.

Virtus. Craſſus & concoctu difficillimus, facile putreſcens eſt cibus imprimis bubulus. Iudæis Moſaica lege interdictus.

Usus. Vix ſolitarie editur, at ſæpe in farciminibus & embemmatibus piperatis culinæ inſervit. Conſuetiſſimus eſt nobis ſanguis porcinus, qui inteſtinis cum adipe & aromatibus incluſus *apexabones* conſtituit. Sanguis piſcinus pro embammate nigro ad piſces adhibetur.

CONDIMENTA AROMATICA.

Sunt vegetabilia, quæ odorem gratum, ſaporemque aromaticum cibis conciliant. Hæc non nutriunt ſed ventriculum roborant, appetitum excitant

adeo quidem, ut ultro ſatietatem cibos ingerere cogant. Stomachica ſunt, urinam & alvum movent, tolluntque moleſtiam ciborum flatulentorum, atque corrigunt quasdam noxias ciborum qualitates.

Calidarum regionum incolæ pipere & capſico, cum illud omni fere cibo magna copia admiſcent, abuti videntur, at harum regionum incolæ ſudoribus præ debilitate corporis diffluunt & eorum ventriculus ob imbecillitatem non appetit, febremque intermittentem facillime cauſat, niſi pipere excitetur. Hoc ſenſu clima calidum exigit condimenta, quæ ventriculum & corpus roborant. *

Abuſus aromatum oleo acri æthereo producit in primis viis ſitim, cardialgiam, ardorem, nauſeam, ructus, vomitus, bilem exaſperat, inteſtina irritat, inflammat.

In ſecundis viis motum humorum intendit, calefacit, adipem eliquat, humores alcaleſcentes reddit. Inde ſiccitas, macies, febris calida, contracturæ, ſpaſmi, exanthemata, inflammationes, dolores arthritici & plura alia naſcuntur. **

ALLIUM.

Allium ſativum L. Knoblauch, zahmer Knoblauch.

---

* *Ill.* Bergii *mat. med.* p. 27.

** *Ill.* Gaubii *Inſt. pathol.* p. 232.

Odor fragrans, validus, graveolens; Sapor acris, ſubdulceſcens.

Virtus diaphoretica, diuretica, emmenagoga, anthelminthica.

Usus. In culinis carnes aſſatæ allio condiuntur. Additur etiam variis embemmatibus. Quoniam tranſpirationem bene movet, hinc nautis & ſedentariis utile eſt condimentum.

CEPA.

Allium Cepa L. Zwiebel. Sommerzwiebel.

Odor fragrans, validus; Sapor acris; ſubdulceſcens. Reſciſſa oculos volatili ſuo principio ferit & lachrymas movet.

Virtus ſtimulans, diaphoretica, diuretica. *Cocta* vel *aſſata* multo mitior eſt.

Usus. Saporis gratia multis additur cibis, cum condimentum ſit gratum & præſtans.

ALLIUM FISTULOSUM.

Allium fiſtuloſum L. Winterzwiebel. *Cepa oblonga.*

Odor debilius fragrans; Sapor acris, cepaceus, ſubdulceſcens, gratus.

Virtus diaphoretica, ſtomachica.

Usus. Bulbi adduntur carnibus. *Folia* juſculis oleraceis incocta gratum conciliant ſaporem.

SCORODOPRASUM.

Allium Scorodopraſum L. Rockenbolle. Gras-lauch.

Odor fragrans in allium ſativum incidens; Sapor acerrimus, amaricans, ſubcepaceus, pungens in lingua & faucibus.

Virtus ſtimulans, diaphoretica, diuretica.

Usus. Pro condimento variorum ciborum adhibetur, at inaſſuetis nimis fortis hæc allii ſpecies eſt.

ALLIUM ASCALONICUM.

Allium aſcalonicum L. Schalotten.

Odor cepæ at gratior; Sapor cepæ at mitior.

Virtus ſtomachica, diaphoretica, diuretica.

Usus culinaris pro condimento variorum ciborum.

PORRUM.

Allium Porrum L. Porre, zahmer Lauch.

Odor fragrans; Sapor fragrans, parum acris, ſub-dulceſcens.

Virtus diaphoretica.

Usus. Radix juſculis carnium frequenter incoqui ſolet.

SCHOENOPRASUM.

Allium Schœnopraſum L. Schnittlauch.

Odor herbæ fragrans, gratus; Sapor cepaceus, calidiuſculus, primo ſubdulceſcens, dein debilius acris, adhærens. *Bulbi* ſapidi mitiores.

Virtus ſtomachica, diaphoretica, diuretica.

Usus. Embemmatibus, juribus, ovis frixis inſpergitur. Nonnulli crudum eſitant cum pernis porcinis, anſeribusque ſalitis.

CEPA SECTILIS.

Allium Cepa fiſſilis L. Spaltſchnittlauch. *

Odor cepæ fragrans, Sapor cepaceus, ſubdulceſcens, acris, linguam & fauces calefaciens, oculos feriens, at lachrymas non provocans.

Virtus eadem quæ priorum allii ſpecierum.

Usus idem. Notum eſt Israelitas iu deſerto commurmuraſſe ob defectum allii ſpecierum, quas in Aegypto eſitaverant.

LEPIDIUM.

Lepidium latifolium L Pfefferkraut.

Odor & Sapor naſturtii, manifeſte linquam feriens.

Usus. Condimenti loco cum carne comeditur.

SATUREJA.

Satureja hortenſis L. Saturey. Bohnenkraut.

Odor fragrans, cephalicus; Sapor aromaticus, calidus; *ſiccatæ* herbæ odor & ſapor fere fortior.

Virtus ſtomachica, emmenagoga, excitans, diuretica, reſolvens.

Usus. Saporis gratia additur cibis quibusdam præcipue fabis.

---

* *Ill.* Bergium *mat. med.* p. 262.

MENTHA GENTILIS.

Mentha gentilis L. Küchenmünze.

Odor fragrans, gratus, ſubcitreo - menthaceus, in Majoranam ſimul incidens; Sapor calidus, aromaticus, in flavedinem citri incidens.

Virtus ſtomachica, reſolvens.

Usus. Folia virentia hujus menthæ ſaturæ herbarum odoris & ſaporis gratia admiſcentur & cruda eduntur.

SALVIA.

Salvia officinalis L. Salbey.

Odor fragrans, gratus; Sapor aromaticus, calidus, amaricans.

Virtus roborans, ſtomachica, reſolvens.

Usus. Folia carnibus aſſatis & pernis immittuntur, ut ſalviæ odore imbuantur.

ROSMARINUS.

Rosmarinus officinalis L. Rosmarin.

Odor fragrans, gratus, cephalicus. Sapor aromaticus, calidus.

Virtus reſolvens, nervina, corroborans, emmenagoga.

Usus. Saporis gratia quibusdam carnibus & piſcibus ſub elixatione additur. Oves Monſpelienſes ab eſu Rosmarini ſapidas carnes ſortiuntur. *

---

* *Cel.* Salle *Materies medic. Monſpelii* 1768. p. 14.

THYMUS.

THYMUS vulgaris L. Thymian.

ODOR herbæ fragrans, cephalicus, gratus; SAPOR aromaticus, calidus.

VIRTUS ſtomachica, reſolvens, emmenagoga.

USUS. Hac herba condiuntur quidam cibi.

SERPYLLUM.

THYMUS Serpyllum L. Quendel.

ODOR herbæ fragrans, gratus, cephalicus. SAPOR aromaticus, calidiuſculus, ſubamaricans.

VIRTUS reſolvens, tonica, ſtomachica, diuretica.

USUS. Quidam loco tymi vulgaris ſerpyllo cibos quosdam condiunt.

BASILICUM.

OCYMUM Baſilicum L. Baſilie.

ODOR fragrans, gratus; SAPOR aromaticus, gratus, ſubaniſatus.

VIRTUS ſtomachica, reſolvens, excitans.

USUS. Culinis gratum eſt variorum ciborum condimentum.

MAJORANA.

ORIGANUM Majorana L. Majoran.

ODOR herbæ fragrans, cephalicus, gratus; SAPOR aromaticus, ſubamaricans, calidiuſculus.

VIRTUS ſtomachica, nervina, reſolvens, emmenagoga.

USUS. Variis cibis odoris & ſaporis gratia additur.

ORIGANUM VULGARE.

Origanum vulgare L. Wohlgemuth.

Odor herbæ recentis fragrans, graviuſculus, non ingratus, fere ſerpilli. Sapor aromaticus, in Mentham incidens, ſed debilior.

Virtus majoranæ.

Usus. Loco Majoranæ juſculis immiſceri poſſet. Folia toſta etiam, quum Theæ Chinenſi ſimilia adeo ſint, ut ab ea non niſi difficilius diſcernantur, pro Thea Chinenſi adhiberi poſſent. *

CEREFOLIUM.

Scandix Cerefolium L. Körbelkraut.

Odor herbæ, ſi fricatur gratus, balſamicus; Sapor aromatico - balſamicus, gratus, ad aniſum accedens.

Virtus reſolvens, lactifera, vulneraria, ſubemmenagoga.

Usus. Folia eduntur cocta in juſculis, nec non adhibentur ad panatellas & placentas, quas ſapidas & gratiores reddunt. Additur juribus carnis bubulæ, ut ei gratus ſapor concilietur.

Vis medicata. Juſculum vel ſerum lactis cum cerefolio parum coctum eſt egregium in ictero, tuſſi protracta, herpete, lochiis, menſtruis & hæmorrhoidibus ſuppreſſis, anacatharſi puriformi, lacte deficiente & tumoribus induratis.

* *Ill.* Linnæi *amœnit. Vol.* 3. p. 90.

SCANDIX ODORATA.

Scandix odorata L. Spaniſcher Körbel.

Odor herbæ recentis gratus, fere aniſi. Sapor dulceſcens, ad aniſum accedens.

Virtus pectoralis, diuretica, gratum ſaporem cibis concilians.

Usus. Folia recentia in Suecia ſunt culinaria, ingrediuntur una cum aliis herbis vernali tempore juſcula oleracea. In Sileſia radix culinaris eſt. *

CORTEX CITRI.

Citrus medica L. Citrone.

Odor corticis ſeu flavedinis fragrans, gratiſſimus. Sapor conſimilis, calidiuſculus, vix amaricans.

Virtus calefaciens, cardiaca, gratum ſaporem concilians.

Usus. Pro condimento variorum ciborum & limonadæ. Etiam ſaccharo conditi habentur cortices citri.

CARVI.

Carum Carvi L. Wieſenkümmel.

Odor ſeminum aromaticus, ſubgraviuſculus; Sapor aromaticus, calidus, gratus.

Virtus carminativa, lactifera, ſtomachum corroborans.

---

* *Cel.* Schwenckfeld *ſtirp. & foſſ. Sileſiæ catalog.* p. 259.

Usus. Saporis gratia ſemina immiſcentur pani acidulo & caſeis. Etiam ſaccharo conditum comeditur ſemen carvi. Additur juſculis jejunalibus. Tartari cum lacte hoc ſemen ſorbillant. Deſtillatores ſpiritum frumenti ſemine carvi rectificant. Convenit carvi ſemen in colica frigida, nocet in reliquis colicæ ſpeciebus.

CUMINUM.

Cuminum Cyminum L. Römiſcher vel Gartenkümmel.

Odor ſeminum fortis; Sapor aromaticus in carvum incidens ſed gravior, ingratior.

Virtus carminativa, ſtomachica,

Usus. Ob ingratiorem ſaporem rarius carvo panis & cibi cumino condiuntur.

NIGELLA.

Nigella ſativa L. Schwarzkümmel.

Odor ſeminum fragrans; Sapor aromaticus in Saſſafras incidens.

Virtus emmenagoga, lac provocans, carminativa.

Usus. In Oriente hæc ſemina pani domeſtico inſperguntur ut * flatuum moleſtia tollatur, & gratus ſapor pani concilietur.

* Nonnulli hæc ſemina veneni ſuſpecta habent, at hujus ſuſpicionis luculenta deſunt teſtimonia, niſi a fraudulentis vel ignaris ſemen Daturæ immixtum fuerit.

ANETHUM.

Anethum graveolens L. Dill. Gapper.

Odor herbæ gratus, fragrans; Sapor aromaticus, gratus.

Virtus carminativa, lactifera, hypnotica.

Usus. Herba adhuc tenera coquitur cum carne, muræna, anguilla, cancris, braſſica acidulata, qui cibi inde aromate anethi imbuuntur. Etiam cucumeribus muria condiendis ſaporis gratia additur.

FOENICULUM.

Anethum Fœniculum L. Fenchel.

Odor ſeminis gratus, aromaticus, ſuavis; Sapor aromaticus, dulceſcens, calidiuſculus, gratus.

Virtus carminativa, lactifera.

Usus. Semen ſaccharo conditum comeditur.

ANISUM.

Pimpinella Aniſum L. Anis.

Odor ſeminis aromaticus ſuaveolens; Sapor aromaticus, dulceſcens, gratus, calidiuſculus.

Virtus carminativa, lactifera.

Usus. Comeditur hoc ſemen ſaccharo conditum. Inſpergitur panis vel externæ ſuperficiei vel ipſi maſſæ immiſcetur.

SINAPIS.

Sinapis nigra vel *alba L.* Senf.

Odor ſeminis debilis; Sapor acris, ſubfugax, ſubamaricans, calidus, fauces linguamque calefaciens.

Virtus irritans, apetitum excitans, aphrodiſiaca.

Usus. In culinis pulvis ſinapios cum muſto vel aceto conditus ad carnes & farcimina editur. Pulvis ſinapios ætate ranceſcit, quare in vaſis bene obturatis conſervari debet.

ERUCA.

Brassica Eruca L. Weiſſer Senf.

Odor ſeminis graviuſculus; Sapor ſinapios, verum longe remiſſior.

Virtus ſinapios at debilior.

Usus. Antiquitus ad condienda obſonia adhibebantur ſemina. Folia recentia contrita fœtent inſtar aduſtorum pilorum & acris ſaporis ſunt, tamen inter condimenta ciborum & acetariorum apud Italos ſumuntur.*

DRACUNCULUS.

Artemisia Dracunculus L. Dragun. Noſtratibus, deutſcher Bertram vocatur.

Odor herbæ fragrans, ſuaveolens; Sapor aromaticus, gratus, vix amaricans.

Virtus ſtomachica, emmenagoga, appetitum excitans.

---

* Raii *Hiſt. plant.* p. 806.

Usus. Folia *ſiccata* cibis quibusdam condimenti grati cauſa admiſcentur. Folia tenera recentia tempore vernali cum carne agnina aut piſce cocta egregium his conciliant ſaporem. Adduntur etiam acetariis pro condimento. *Acetum dracunculi* eſt fragrans, gratiſſimum. In Perſia dracunculum cum oxyſaccharo & pane comedunt.

ARTEMISIA.

Artemisia vulgaris L. Beyfuß.

Odor foliorum ſubfragrans, ſubrancidus; Sapor herbaceus, vix amaricans.

Virtus emmenagoga.

Usus. Coqui anſeres artemiſia infarcire ſolent, ut carni ſaporem gratiorem concilient; alii ſimul pomum ventri anſeris immittunt.

LAURUS.

Laurus nobilis L. Lorber.

Odor foliorum digitis tritorum fragrans; Sapor aromaticus, balſamicus, graviuſculus.

Virtus ſtomachica, reſolvens, movens menſtrua, ſudorem, urinam.

Usus. In noſtris culinis piſces cocti & frixi aceto & foliis lauri condiuntur.

JUNIPERUS.

Juniperus communis L. Wacholder.

Odor baccarum aromaticus, gratus; Sapor aromaticus, dulceſcens, calidiuſculus.

Virtus diuretica, diaphoretica, emmenagoga, hydropicis utile aroma.

Usus. Baccæ contuſæ aut integræ embemmatibus carnium & piſcium adduntur. Alii rob juniperi cibis admiſcent. Cereviſia non fermentata, tamen grata a ruſticis in ſuecia paratur, ſed potus brevioris uſus, at ſcorbuticis admodum ſalutaris.

PETROSELINUM.

Apium Petroſelinum L. Peterſilie.

Odor foliorum ſubaromatines, ſubingratus. Sapor ſubaromaticus.

Virtus diuretica, gratum ſaporem concilians cibis.

Usus. Condimenti adinſtar carni bubulæ, juſculis, piſcibus aliisque ferculis & embemmatibus additur. Nocere dicitur epilepticis & ophthalmia laborantibus. *

CAPPARIS.

Capparis ſpinoſa L. Kapern.

Odor florum conditorum fragrans, non ingratus; Sapor acerbiuſculus, aceſcens, florum non conditorum amaricans.

Virtus tonica, ſtomachica, appetitum excitans.

Usus. Flores nondum erupti condiuntur ſale & aceto. Quo teneriores leguntur, eo firmiores fiunt

* *Ill.* Murray *ap. med.* T. 2. p. 302.

conditi,

conditi, ſapidioresque. In culinis noſtris inco-quuntur embemmatibus carnium & piſcium.

CALTHA PALUSTRIS.

CALTHA paluſtris L. Sumpfdotterblume.

Usus. Floribus ſtatim ſub explicatione lectis & muria acetoque conditis Capparidis loco utuntur non-nulli.

SPARTIUM SCOPARIUM.

SPARTIUM ſcoparium L. Peſenartige Pfrimen.

Usus. Floſculi muria & aceto conditi, abeunt in Suc-cedaneum Capparidis.

ARMORACIA.

COCHLEARIA Armoracia L. Meerrettig.

Odor radicis fragrans, pungens, penetrans, oculos feriens. Sapor acris, fervidus, dulceſcens, quan-doque ſubamaricans. *Maſticata* fauces & linguam pungens, tuſſim excitans, nares feriens, oculos lachrimantes reddens, at effectu fugaci.

Coctæ aut *ſiccatæ* radicis ſapor & odor debilis.

Virtus appetitum excitans, diuretica, incidens, irri-tans, antiſcorbutica.

Usus. Radix raſa aceto diluta, vel, ut acrimonia in-volvatur, lacte & butyro fuſo ſubacta, forma em-bemmatis ad bubulam comeditur. Cumprimis piſcium inſipidorum condimento inſervit.

ALLIARIA.

Erysimum Alliaria L. Knoblauchskraut.

Usus. Folia primo vere intinctibus & ſalſamentis adduntur. *

CARDAMINE PRATENSIS.

Cardamine pratenſis L. Wieſenkreſſe.

Usus præcedentis.

TANACETUM VULGARE.

Tanacetum vulgare L. Reinfarn.

Odor foliorum recentium fortis, gravis. Sapor aromaticus, amarus, acutus.

Virtus ſtomachica, anthelminthica, emmenagoga.

Usus. Folia tenella in placentis ex ovis & farina gratiſſimum præbent ferculum.

MELILOTUS CÆRULEA.

Melilotus cærulea L. Siebengezeit.

Odor & Sapor balſamicus.

Usus. Adhibetur ad condiendum caſeum raſilem Gloronenſium.

CRITHMUM MARITIMUM.

Crithmum maritimum L. Meerfenchel.

Virtus. Ad excitandam eſuriem ſub forma acetarii comeditur.

---

* *Cel.* Loes *pruſſ.* 8.

ENULA.

Inula Helenium L. Aland. *Radix helenii.*

Odor radicis aromaticus, gravis non ingratus. Sapor amaricans in acorem incidens, ingratus, diu inhærens.

Virtus tonica, ſtomachica, pectoralis, emmenagoga, antiſcabioſa.

Usus. Muſto ſeu vino abſynthiaco additum, gratum conciliat odorem & ſaporem.

SEMEN PAPAVERIS.

Papaver ſomniferum L. Mohnſaamen.

Odor ſeminum nullus; Sapor dulceſcens, lacteus.

Virtus nutriens. Hæc ſemina minime narcotica ſunt, lac enim narcoticum in ſola parte corticali capſulæ reſidet.

Usus. Hæc ſemina pani & aliis cibis farinaceis admiſcentur condimenti cauſa. Cruda etiam eduntur magna copia & innoxie a Gallis, Polonis & Hungaris.

SEMEN CINÆ ſeu SANTONICI.

Artemisia Contra L. Wurmſaamen.

Odor proprius, fortis, nauſeoſus. Sapor amarus, nonnihil acris.

Virtus anthelmintica.

Usus. Infantibus verminoſis ſaccharo condita exhibentur hæc ſemina bis de die ad ſcrupulum unum.

CROCUS.

Crocus *ſativus officinalis L.* Safran. Stigmata florum in uſum recipiuntur.

Odor fragrans, ſimilis alcali volatili urinoſo, mediocriter aromatico. Sapor aromaticus, ſubamaricans.

Virtus reſolvens, emmenagoga, diuretica. Hinc gravidis, nimium menſtruantibus & hyſtericis noxia.

Usus. In culinis noſtris juſcula, paneſque quidam croco tinguntur.

NUX MOSHATA.

Myristica officinalis L. Nucleus fructus *Nux moſchata* dicitur. Muskatennuß.

Odor nuclei fragrans, gratus; Sapor aromaticus & ſimul pinguiuſculus.

Virtus ſtomachica, roborans, ſubnarcotica.

Usus. Variis ciborum embemmatibus ſaporis gratia admiſcetur. Cereviſiæ admixta corrigit flatulentiam.

MACIS.

Cortex reticulatus inter putamen & nucleum *Nucis moſchatæ.* Muskatenblüte.

Odor & Sapor macis fortiores quam nucis.

Virtus & Usus præcedentis.

CINAMOMUM.

Laurus Cinamomum L. Zimmet. Caneel.

Odor corticis fragrans, aromaticus, ſuaviſſimus; Sapor dulceſcens, aromaticus, gratus, dein acris, calidiuſculus, ſubadſtringens.

Virtus ſtomachica, excitans, roborans, ventriculo debili utilis.

Usus. Cum ſaccharo inſpergitur oryzæ in lacte coctæ, & pani toſto adfuſo vino.

AROMATICA ACRIORA.

CARYOPHYLLUS AROMATICUS.

Caryophyllus aromatica L. Gewürznelke. Calices fructus immaturi ſeu florum nondum explicatorum *Caryophylli*; & fructus maturi hujus arbuſculæ *Anthophylli*. Mutternelken dicuntur.

Odor caryophyllorum fragrans, validus, aromaticus, ſuavis. Sapor aromaticus, fortis, calidus, acriuſculus, fauces linguamque calefaciens, halitum fragrantiſſimum ſpargens.

Virtus caryophyllorum percalefaciens, roborans, ſtomachica, irritans, emmenagoga.

Usus. Saporis & odoris gratia multis admiſcetur cibis, præſertim condituris ſaccharatis.

Spiritus vini cum caryophyllis rectificatus cephalæam & viſum tenebricoſum excitat. Idem a cerevifia & muſto cum caryophyllis conditis ſenſi.

ANTHOPHYLLUS.

Fructus maturus *Caryophylli aromaticæ L.* Mutternägelein. Mutternelken.

Odor anthophyllorum multo debilior, quam caryophyllorum. Sapor ſubſtipticus, multo minus aromaticus, quam in caryophyllis.

Usus Caryophyllorum, ſed rarior ob vim adſtringentem & aromaticam indolem minorem.

PIPER NIGRUM.

Piper nigrum L. Schwarzer Pfeffer. Semen immaturum eſt *nigrum*, maturum vero *album*, hinc *piper* album eſt piper nigrum, maturitate cortice ſuo nigro privatum.

Odor hujus ſeminis aromaticus, validus; Sapor fervidus, acris, in ore & faucibus fervens.

Virtus irritans, calefaciens, ſtimulans, atoniæ ſtomachi ſuccurens.

Usus. Embemmatibus piſcium, carnium, cucumeribus & ovis tremulis piper ſaporis gratia admiſcemus. Calidarum regionum incolæ piper omni fere cibo magna copia admiſcent.

AMOMUM ſeu PIPER JAMAICENSE.

Myrtus Pimenta L. Weſtindiſcher Pfeffer. Nel-

kenpfeffer. Nägelein = Köpfe. *Pimenta.* Engli= ſches Gewürz.

Odor ſeminis fragrans; Sapor aromaticus, partim ad caryophyllos aromaticos, partim ad piper nigrum accedens.

Virtus ſtomachica, irritans. Inter Antophyllos & Caryophyllos medias habet vires aromaticas.

Usus ad condiendos piſces aliosque cibos per ſe inſipidos eſt egregium.

CAPSICUM.

Capsicum annuum L. Spaniſcher Pfeffer. *Piper indicum.*

Odor in fructu recenti narcoticus, fere tabaci; Sapor acerrimus, igneus, piperis adinſtar fauces excandefaciens diu inhærens, intolerabilis.

Virtus valde irritans, ſtomachica.

Usus. Incolæ Peruviæ ita fructum capſici crudum cum ſale culinari conditum comedunt. In Hungaria cucumeres cum capſico condiuntur.

CUBEBA.

Piper Cubeba L. Cubeben. Schwindelkörner.

Odor fragrans, Sapor aromaticus, acris, fervidus, ſed pipere nigro tamen debilior.

Virtus irritans, ſtomachica.

Usus. Comeduntur ſaccharo conditæ contra vertiginem ab imbecillitate ventriculi ortam.

CARDAMOMUM.

Amomum Cardamomum L Cardamomen.

Odor gratus, aromaticus; Sapor aromaticus, ſubcamphoratus.

Virtus ſtomachica, irritans, calefaciens, diaphoretica.

Usus. Ad cibos loco piperis condiendos in languore ventriculi conducit.

GRANA PARADISI.

Amomum Grana Paradiſi L. Paradiskörner.

Odor ſeminis aromaticus; Sapor aromaticus, calidus, pungens, inhærens, piperis inſtar.

Virtus calefaciens, ſtomachica.

Usus. Pro condimento ciborum.

ZINGIBER.

Amomum Zingiber L. Ingwer.

Odor radicis fragrans; Sapor aromaticus, fervidus, acris, linguæ inhærens.

Virtus percalefaciens, incidens, ſtomachica.

Usus. Radix recens ſaccharo condita ex Indiis allata eſt admodum præſtans aroma pro ventriculo debili.

GALANGA.

Maranta Galanga L. Galgant.

Odor radicis aromaticus, minus gratus. Sapor ſubacris, leviter aromaticus, dein fervidiuſculus, inhærens.

VIRTUS calefaciens, ſtomachica, incidens.

USUS. In India orientali hæc planta pro uſu culinari, ad condiendos cibos colitur. Europæi quidam radicem Galangæ Zingiberi præferunt, quia minus calida magisque ſapida eſt.

CALAMUS AROMATICUS.

ACORUS Calamus vulgaris L. Kalmus.

ODOR radicis fragrans, fortis, nauſeoſus. SAPOR aromaticus, nauſeoſus, acris, leniter amaricans, fauces & linguam calefaciens.

VIRTUS ſtomachica, incidens, diuretica, valde antiſcorbutica. *

USUS. Radix ſaccharo condita inter bellaria menſis imponitur. Supplet vices Cinnamomi, Piperis, Zingiberis in defectu aromatum indicorum.

CORIANDRUM.

CORIANDRUM ſativum L. Coriander.

ODOR ſeminis graveolens, aromaticus ſubgratus; SAPOR congruens.

VIRTUS carminativa, ſubnarcotica.

USUS. Ruricolæ ſemina coriandri admiſcent pani pro condimento carminativo. Hæc ſemina etiam ſaccharo condita menſis imponuntur.

VANILLA.

EPIDENDRUM Vanilla L. Vanillie.

---

* *Ill.* HOFMANN *vom Scharbock &c. Münſter* 1782. p. 267.

Odor ſiliquæ fragrantiſſimus, inhærens, * ad balſamum peruvianum accedens; Sapor aromaticus, validus, ſubdulceſcens, calidiuſculus, balſamicus, gratus.

Virtus calefaciens, emmenagoga, aphrodiſiaca, diuretica.

Usus. Eſt condimentum Chocoladæ. Admiſcetur gelatinis, bellariis, vino cераſiaco.

CONDIMENTA EXTRAORDINARIA.

Sunt condimenta quibusdam nationibus conſueta & ſingularia.

CURCUMA.

Curcuma longa L. Gielbwurz, gelber Ingber, Curcumey.

Odor radicis unguentaceus; Sapor ſubamaricans, ſubcalidiuſculus, debiliter aromaticus.

Virtus luteo-tinctoria, aperiens, diuretica.

Usus. In India radix recens omni cibo admiſcetur.

ORLEANA.

Bixa Orellana L. Orlean.

Odor ſeminum ingratus; Sapor debilis, obſcure ſalſus.

Virtus flavo-tinctoria.

---

* Siliqua digitis tractata ad triduum eos ſuo odore imbuit.

Usus. In America cibis loco croci admiſcentur hæc ſemina. Ruſtici butyrum pigmento orleanæ colorant.

GLACIES.

Eſt aqua gelu in maſſam ſolidam mutata. Eis.

Virtus. Potibus ad gelu inducendum additur, & ad cibos vel gelatinas fructuum horæorum glaciandas adhibetur. Frigus ventriculum roborat, corpus refrigerat, bilis acrimoniam, rancorem in ventriculo compeſcit.

Noxa. At æſtuanti corpori ingeſti cibi glaciati inducunt anginam, pleuritidem, ventriculi, hepatis, vel diaphragnotis inflammationem, vel dolores colicos, hydropes, polypos cordis & ſimilia mala. *

AER FIXUS.

Eſt fluidum aëriforme, acidæ indolis, quod ex creta emanat, ſi cum acore quodam effervéſcit. Fixe Luft ſeu Luftſaure.

Odor nullus; Sapor acidulus, pungens.

Virtus. Eſt ergo aquarum mineralium condimentum. Saporem gratum acidulum conciliat aquæ, cereviſiæ, vino, lacti. Etiam evaporata hæc liquida aere fixo adeo reddi poſſunt grata, ut vini campanici adinſtar ebulliant. **

---

* *Ill.* Gaubii *inſtitut. pathol.* p. 239.

** *Cel.* Hulme *Anzeige eines ſichern und leichten Mit-*

FERMENTUM PANIS.

Eſt paſta farinacea ope tartari cereviſiæ fermentata, acceſcens. Sauerteig. Dulcis enim fermentatio farinæ nimis diu protracta in acidam abit.

Odor ſubacidus; Sapor acidus, farinaceus.

Virtus. Fermentationem acidam conciliat maſſæ farinaceæ.

Usus. Panis hoc fermento fermentatus evadit acidus, qui refrigerans eſt. At panis nimis acidus ſodam, cardialgiam & dentes carioſos cauſat.

TARTARUS CEREVISIÆ.

Eſt ſpuma ſub fermentatione cereviſiæ in ſuperficiem emergens. Bierhefen. Germ.

Odor aceſcens, Sapor mollis, ſubacidus.

Virtus. Fermentationem dulcem conciliat, ſi maſſæ farinaceæ addatur. Perinde autem eſt, ſive *florem* cereviſiæ *natantem* ſive *præcipitatum*, qui *fex* cereviſiæ dici ſolet, iu hunc uſum adhibeamus, modo cereviſia non fuerit acida. Exſiccare ſolent nonnulli fermentum, quo pacto per totum annum ſervari poteſt.

Usus. Panis fiore aut fece cereviſiæ fermentatus, dulcis evadit. Fermentatio panem reddit poroſum

---

tels wider den Blaſen - und Nieren-ſtein &c. Nebſt einer Anweiſung Waſſer und andere flüſſige Körper, ſehr geſchwind mit fixer Luft anzuſchwängern. Leipz. 1778. *p.* 49.

& lentorem glutinoſum attenuat. Etiam aliis cibis farinaceis hoc fine tartarus cereviſiæ additur.

ASA FOETIDA.

Ferula Aſſa fœtida L. Stinkender Aſand. Teufelsdreck.

Odor hujus gummi-reſinæ fœtidiſſimus, alliaceus; Sapor amaricans, acris, mordens, diutiſſime inhærens.

Virtus carminativa, emmenagoga, anthelminthica.

Usus. Indis cibi condimentum eſt. Baniani Indiæ orientalis, qui ab eſu carnium abhorrentes nec ſpirituoſis indulgentes aromata, e quibus primarium aſſa fœtida eſt, omni cibo immiſcent, quam ad cibum digerendum neceſſariam ducunt. Ideo horum halitus oris & tranſpiratio peſſime olet. *

FOLIA LAUROCERASI.

Prunus Lauroceraſus L. Kirſchlorbeerbaum.

Odor foliorum vix ullus; Sapor validus, ſubſtipticus, amaricans ut in amygdalis amaris at fortior.

Virtus. Folia cum lacte cocta ſaporem amygdalarum dulcium lacti conciliant. Majori doſi venenata ſunt. V. *Toxicologiam.*

Usus. In culinis gallicis folia lauroceraſi ſaporis amygdalini gratia cibis admiſcentur. *Lac lauro-ceraſi* ex libra lactis cum folio uno parum cocti conſtat.

* Grose *Voyage aux Indes orient.* p. 336.

AMYLUM.

Amylum tritici. Eſt pars amylacea ex tritico extracta. Kraftmehl. Störke.

Odor nullus, Sapor farinaceus. Sola coctura in aqua ſolubile eſt.

Usus. Amylum cum aqua ad pultis tenuioris formam redactum inter eſculenta laudatur. Ruſſi ex amylo in lacte cocto ſuum *Kiſſel* parant, quod cum cremore lactis vel cum vino, aqua & ſaccharo comedunt, quodque revera ſapidus eſt cibus. *

At occultam tamen aliquam acrimoniam in ſe fovet & ad aceſcentiam valde proclive eſt. Hinc diſſuadendus copioſus ejus uſus eſt infantibus, quorum ventriculus imbecillitate, glutine aut acido laborat. **

GUMMI ARABICUM.

Mimosa nilotica L. hoc gummi exſudat. Arabiſcher Gummi.

Odor nullus; Sapor nullus, maſticatione mucilagineus.

Virtus nutriens, *** mucilaginea, obvolvens.

Usus. Nigritis & Mauris alimento vulgari eſt, ita ut incidente calamitate oryzæ & milii integræ Mau-

---

* *Ill.* Bergius *mat. med.* p. 53.

** *Cel.* Cartheuser *diſſ. de Amylo.* §. 9 & 10.

*** Nutriendi vim poſſidet inſignem, quoniam totum alimentoſa materie ſive mucilagine conflatur, dicit *Ill.* Murray *app. med.* T. 2. p. 410.

rorum civitates ſolo gummi arabico veſcantur. * Per binos menſes hominibus ſupra mille peregrinantibus conſumpta reliqua penu hoc gummi unice vitam in itinere ſuſtentavit. ** Hoc gummi vel inſtar ſacchari dentibus comminuunt, vel aqua emollitum deglutiunt.

SEMINA ABELMOSCHI.

Hibiscus Abelmoſchus L. Bieſamkörner.

Odor ſuaviſſimus & quidem ejusmodi, qualem moſchus & ambra mixta ſpirant. Sapor odori congruus.

Virtus nervina.

Usus. Arabes ſemen pulveriſatum potui Coffee pro gratia odoris addunt. Demum ad res, & veſtimenta odore moſchato imbuenda inſerviunt.

RUTA HORTENSIS.

Ruta gràveolens L. Garten⸗Weinraute.

Odor herbæ fortis, gravis, non tamen ingratus; Sapor amarus, gravis, acris.

Virtus anthelminthica, emmenagoga.

Usus. Semina rutæ veteribus Romanis inter aromata culinaria erant pariter ac ipſa herba recens & ſicca; cum butyro pani illita hominibus verminoſis offertur.

---

* *Cel.* Lind *Diſ. in hot climates.* p. 348.

** *Cel.* Hasselquist *Reſa* p. 553.

NICOTIANA.

NICOTIANA Tabacum L. Toback.

ODOR foliorum narcoticus. SAPOR amaricans, acriuſculus.

VIRTUS. Eſt quaſi condimentum pro naribus, ſi pulvis iis attrahitur & condimentum pro faucibus, ſi foliorum fumus ore ſugitur, quæ luxuria & mira conſuetudo pene fere ubique terrarum uſu quaſi diætetico invaluit.

Pulvis foliorum vario additamento vel ob ſtimulum vel odoris gratia auctus, ſub diverſiſſimis nominibus venalis proſtat.

Generatim vero pulvis *rudior* dicitur *Rappe*, pulvis autem *ſubtiliſſimus* vocatur *Tabacum hiſpanicum.*

Pulvis naribus attractus in non aſſuetis ſternutationem excitat, vertiginem, anxietatem & incaute deglutitus nauſeam, quandoque vomitum.

USUS. Opinantur multi caput liberius inde evadere, & viſum acui, at utilitas hæc opinione magis quam experientia nititur. * Memorabile eſt, melancholicos & maniacos omnes & ſingulos tabaco valde delectari, etiamſi ante eidem non aſſueti, augeri vero ejus abuſu epilepſiam & furorem, obſervatum eſt. **

---

* *Ill.* MURRAY *ap. med.* p. 473.

** *Cel.* GREDING in *Com. lipſ. Vol.* 14. p. 650.

Abuſus

Abuſus. Longo tempore ſternutationem non amplius movet, at nervi olfactorii inde occaleſcunt, ut adoratus pereat, nimium muci e naribus exhauritur, inde morbi nervoſi & extenuatio ob frequentem ſputationem & humorum acrimoniam.

Fumus tabaci, dum ore hauritur, inaſſuetis cauſat vertiginem, cephalalgiam, anxietatem, ſomnolentiam, vomitum, alvi ſolutionem: exceſſus in aſſuetis idem facit.

Moderatus uſus in laxis & ſuccoſis hominibus pituitam oris & bronchiorum ſolvit, colicas flatulentas & alvum tardam ſolvit, anginam & odontalgiam catarrhoſam quandoque mitigat.

Abuſus diu protractus apoplexiæ, epilepſiæ, arthritidis, variorum pectoris vitiorum, icteri, tabis cauſa quandoque fuiſſe legitur. Inducit etiam nigredinem dentium.

STINCUS MARINUS.

Lacerta Stincus L. der Stink. *Scincus marinus.*

Odor nullus; Sapor ſalſus.

Usus. Populi orientales hac lacerta ad libidinem augendam veſcuntur.

PINGUICULA.

Pinguicula vulgaris L. gemeines Fettkraut.

Usus. Norlandi lac ſuper recentia folia mulgent, hoc inde condenſatur & gratiſſimum exhibet ſaporem. *

---

* *Amœn. acad. Vol.* 3. p. 79.

CARYOPHYLLÀTA.

Geum urbanum L. Benedictenwurz.

Odor radicis recentis caryophyllæus, ſcilicet radicis tempore verno, in ſolo ſicco lectæ; Sapor ſtipticus.

Virtus tonica, antifebrilis. *

Usus. Radices lectæ antequam cauleſcunt cereviſiæ impoſitæ jucundum ipſi ſaporem ac odorem conciliant & ab aceſcentia præſervant.

ABSYNTHIUM.

Artemisia Abſynthium L. Wermuth.

Odor foliorum fortis, fragrans, graviuſculus, temulentans. Sapor intenſius amarus.

Virtus ſtomachica, appetitum excitans, antacida, anthelminthica, antiputredinoſa, reſolvens, tonica.

Usus. Cereviſiam aceſcentem dolio immiſſa herba corrigit & ruri ad acorem arcendum humulo ſubſtituitur, etſi non ſine inebriationis moleſtia. **

CALENDULA.

Calendula officinalis. Ringelblume.

Odor florum ſuaviter ſubnarcoticus; Sapor leniter acidulus.

---

* *Cel.* Buchhave *obſerv. circa rad. Gei urbani ſive caryophyllatæ vires in febribus. Hafniæ* 1781. p. 16.

** *Ill.* Linnæi *amœn. acad.* T. 2. p. 179.

Usus. Radio corollæ multi pro croco utuntur, dum boni & fragrantis odoris & ſaporis eſt.

GALE.

Myrica Gale L. gemeine Myrica.

Usus. Eſt ſuccedaneum Lupuli majorum noſtrorum & hodie quorumdam ruſticorum; niſi vero ſat diu coquatur, cephalalgiam cauſat.

FILIX MAS.

Polipodium Filix mas L. Farrenkraut.

Usus. Siberienſes cereviſiæ incoquunt, unde gratus odor, ſaporque rubi.

FLOS VITIS VINIFERÆ.

Vitis vinifera L. Weinſtockblühe.

Usus. Flores recentes in umbra ſiccati ſacculo incluſi in muſto ſuſpenſi gratiſſimum vino conciliant odorem.

FARINA MINERALIS.

Lac Lunæ ſeu ſpecies terræ calcariæ. Bergmehl. *

Usus. Calamitatis tempore hæc terra cum farina

* *Cel.* Schäffers *kalkartiges Bergmehl. in* 4. (*ohne Jahrzahl und Druckort.*)

cereali miſta in panem redigebatur a pauperibus. *

CONDIMENTA INEBRIANTIA SEU NARCOTICA.

Sunt condimenta, quibus vis irebriandi ineſt.

OPIUM.

Eſt ſuccus reſinoſo-gummoſus ex inciſo capite *PAPAVERIS ſomniferi L.* exſtillans. Mohnſaft.

ODOR opii orientalis validus, narcoticus. SAPOR nauſeoſus, amaricans, acris, caloris ſenſu os & palatum afficiens.

VIRTUS animum exhilarans, inebrians in *parva*, ſoporifera in *majori*, venenum in *nimia doſi.*

USUS. Gentes orientales, præſertim quibus Muhamedis religio vini uſum interdicit, in quotidianum delicium opium aſſumunt ad exhilarandum animum & conciliandam ſibi audaciam. In Turcia, Perſia & Arabia multi præſertim magnates opium pilularum vel electuarii forma menſis inſtar bellariorum condimenti loco apponi curant. Eoque

* *Cel.* ZÜKERT *Allgemeine Abh. von den Nahrungsmitteln. Berlin* 1775. p. 129. §. 84. Et *Ill.* HALLERI *Elem. Phyſ.* T. VI. p. 214.

adeo delectantur, ut plurimis in die vicibus aliquam portionem deglutiant. Inde fortiter exhilarantur, ac ſi multum vini hauſiſſent; hac conſuetudine ſibi adeo familiare reddunt opium, ut multi ſenſim drachmam ſine noxa nycthemeri ſpatio deglutire diſcant.

At abuſus multa parit incomoda, emaciatur enim ſenſim corpus, deperditur appetitus, melancholia (in qua unicum ſolatium eſt opium), languor, ſtupor, ſomnolentia, taciturnitas inducitur, unde videas inſtar ſtipitum ſomnolentos & quaſi elingues ſedere in conviviis opii liguritores. Demum memoriæ abolitio ſenium præcox & mors præmatura ſequitur. Hydropem autem abuſus opii, ut abuſus ſpirituoſorum non generat. *

HYOSCIAMUS PHYSALODES ſeu BENGE.

Hyosciamus Phyſalodes L. Sibiriſches Bilſenkraut.

Usus. Arabes exinde condimentum parant, quod *Benge* vocant ac quo loco bellarii in conviviis veſcuntur.

Virtus. Hoc Benge in *parva* doſi eſt exhilarans, & inebrians, aſſuetis adeo neceſſarium, ut deficiente Benge cibum faſtidiant.

---

* *Cel.* Kaempfer *Amœn. exot.* p. 645. Et Arvieux *Reiſen.* 3. *Th.* p. 10. & 19.

In *majori* doſi eſt phantaſticum, inebrians, coma vigil excitans, longo uſu hujus veneni totum ſyſtema nerveum valde debile & maxime irritabile redditur, unde tremor corporis, terror ex minimo ſtrepitu, facies leucophlegmatica. *

HARMALA.

Peganum Harmala L. gemeiner Harmel.

Usus. Semina hujus plantæ apud turcas, qui his condimenti inſtar veſcuntur, in foro venalia proſtant.

Virtus inebrians, exhilarans, idæam volatus per nubes, evanido autem veneni effectu, oblivionem rerum geſtarum inducens. **

ARECA ſeu PINANGA.

Areca Cathecu L. Arecanuß. Eſt nux ex fructu hujus palmæ.

---

* D'Arvieux p. 12.

** *Ill.* Linnæus *in amœnitat. academ. vol. 6. p.* 183 opinatur, ex hoc ſemine forte bolum fuiſſe, quem Kæmpherus apud Perſas in convivio aſſumpſit; unde inexplebili gaudio, riſu, joco ſuffundebatur. At finita cæna, dum aſcendiſſet equum, haud aliter ipſi videbatur, ac ſi pegaſo inſidens volitaſſet per nubes & coloratiſſimos iridis arcus, cumque diis cænaſſet. Altero die oblitus erat geſtorum omnium.

Odor gratus; Sapor adeo adſtringens eſt, ut nux ſola maſticari nequeat.

Usus. Nux diſciſſa & cum pauxillo calcis, ad moderandam Pinangæ auſteritatem intra folium unum alterumve arboris Betel involuta, amicis mutuo ſeſe convenientibus apud Indos obſervantiæ cauſa offertur. Unde ſaliva rubedine tincta profluit, gingivæ corroborantur & os grato halitu perfunditur.

CANNABIS.

Cannabis ſativa L. Hanf.

Usus. In Perſia et tota India ex foliis cannabis, aqua frigida infuſis, potum parant, qui exhilarat et gravem temulentiam inducit. Turcæ ex polline cannabis cum ſputo humano trochiſcos parant, quos *Maslac* dicunt, et quibus condimenti inſtar in conviviis veſcuntur.

Virtus. Cannabis *indicæ* folia et pollen ſunt narcotica, inebriantia et lætitiam inducentia. Noſtræ cannabis foliis vis lætificans non ineſt. *

AGARICUS MUSCARIUS.

Agaricus muſcarius L. der Fliegenſchwamm.

* Hooke *philoſoph. experiments and obſervat.* p. 211. Semina indica, in Anglia ſata cannabim produxerunt, indicæ ex omni parte ſimilem non vero lætificantem, hinc vis lætificans a climate et ſolo indico unice pendet.

Odor teter; Sapor acris.

Virtus exigua doſi exhilarans, inebrians, majori venenata furorem, tremorem inducens.

Usus. Kamtſchadali ex agarico et epilobio anguſtifolio potum valde inebriantem ſibi conficiunt, quem magnates eorum in deliciis habent, ſervi, qui urinam ebriorum magnatum bibunt, adhucdum inebriantur exinde. *

LUPULUS.

Humulus Lupulus L. Hopfen.

Odor fragrans, ſubnarcoticus, gravis; Sapor peramarus.

Virtus tonica, diuretica, anthelminthica, inebrians.

Usus. Eſt condimentum cereviſiæ. Omni cereviſiæ lupulus imponitur, ut dulcedo nauſeoſa malti, ſtomacho haud dubiæ nocitura, grata amaritie imbuatur. Hæc amarities cereviſiam ab aceſcentia impedit, tonicam et diureticam reddit et, ut vulgo creditur, ob lupuli amarorem cereviſia a calculo præſervat.

HORMINUM.

Salvia Horminum L. Scharley, Scharlachkraut.

Odor foliorum gravis; Sapor amaricans, ſubaromaticus.

Virtus ſubnarcotica, inebrians.

---

* *Cel.* Kraschemninikow *Natural of Kamtſchatka* p. 209 et 209.

Usus. Cereviſia vel vinum foliis hormini impraegnatum valde inebriat capitisque dolores excitat.

SCLAREA.

Salvia Sclarea L. Muſcatellerkraut.

Odor foliorum gravis, fortis, Sapor amaricans, ſubaromaticus.

Virtus inebrians.

Usus. Cereviſia vel vinum herba impraegnatum inſigniter inebriat capitisque dolores excitat. * Oenopoli fraudulenti etiamnum vina ſapore moſchatellino ope hujus herbae imbuunt.

ROSMARINUS SYLVESTRIS.

Ledum paluſtre L. Wilder Rosmarin.

Odor herbae fragrans, aromaticus, ſubnarcoticus. Sapor aromaticus leviter amaricans.

Virtus inebrians, diuretica, reſolvens.

Usus. Antequam humulus ad condiendam cereviſiam adhiberi caepit, haec herba illius in locum apud pauperes ſurrogata eſt, verum temulentia effraenis et dirus capitis dolor a ledo paluſtri abſtinere quemlibet jubet. **

MILLEFOLIUM.

Achillea Millefolium L. Schaafgarbe.

Odor herbae debilior in odorem mucoris incidens; Sapor amaricans.

---

* *Cel.* Lobel *adverſ.* p. 240.

** *Ill.* Linn. *Fl. ſuec.* p. 136.

Virtus. Millefolium cum lupulo cereviſiæ injectum reddit cereviſiam inebriantem et potatores fere inſanos. *

LOLIUM TEMULENTUM.

Lolium temulentum L. Sommerlolch. Treſpe.

Odor nullus; Sapor ſuldulcis non ingratus.

Usus. Semen Cereviſiæ, ſpiritui vini vel pani additum, temulentiam, vertiginem et ebrietatem inducit. Vide *Toxicologiam.*

---

* *Flora ſuec.* 2. n. 770.



POTULENTA.

ELENCHUS GENERALIS.

Aquæ. *Wäſſer.*

Cereviſiæ. *Biere.*

Vina. *Weine.*

Spiritus vinoſi. *Brandweine.*

Lacta. *Milcharten.*

Potulenta dulcia. *Süſſe Geträнke.*

——— calida. *Warme Getränke.*

ELENCHUS SPECIALIS.

AQUÆ.

Aqua montana. *Bergwaſſer.*
—— fluviatilis. *Fluſswaſſer.*
—— putealis. *Brunnwaſſer.*
—— nivalis ſeu glacialis. *Schneewaſſer.*
—— lacuſtris. *Teichwaſſer.*
—— paluſtris. *Sumpfwaſſer.*
—— ciſternalis. *Ciſternwaſſer.*
—— marina. *Meerwaſſer.*

CEREVISIÆ.

Cereviſia hordeacea. *Gerſtenbier.*
—— triticea. *Weizenbier.*
—— ſecalina. *Rockenbier.*
—— avenacea. *Haberbier.*
—— mays. *Maysbier.*
—— Pini. *Tannenbier. Förenbier.*
—— lagenaria. *Buttelbier.*
Mumia Brunsvicenſis. *Braunſchweigiſche Mumme.*

VINA.

Vina *ACIDULA.*

Vinum Rhenanum. *Rheinwein.*
—— Moſellanum. *Moslerwein.*
—— Neccarinum. *Nekerwein.*

Vinum Stradæ montanæ. *Bergſträſſer Wein.*
——- Auſtriacum. *Oeſterreicherwein.*
——- Franconicum. *Frankenweine.*

Vina *ACIDULO-DULCESCENTIA.*

Vinum gallicum album. *Weiſſer Franzwein.*
——- campanicum. *Champagnerwein.*
——- hungaricum album. *Weiſſer Ungariſcher Wein.*
——- portugallicum. *Portwein.*

Vina *AUSTERIUSCULA.*

Vinum hungaricum rubrum. *Rother Ungariſcher Wein.*
——- gallicum rubrum. *Rother Franzwein.*
——- Burgundicum. *Burgunderwein.*
——- Eremiticum. *Eremitagerwein.*
——- Burdigalenſe. *Bourdeauerwein.*
——- Pontac *Pontak.*
——- Gravianum. *Claretwein.*

Vina *DULCIA.*

Vinum Tockaienſe. *Tokayerwein.*
——- S. Georgii. *Edenburger Ausbruch.*
——- hiſpanicum ordinariam. *Gemeiner Spaniſcher Wein.*
——- Capenſe. *Kapwein.*
——- Frontiniacum. *Frontiniac.*
——- Malvaticum. *Malvaſierwein.*
——- Maderaicum. *Maderawein.*
——- Palmæ. *Palmſec.*
——- Malaccenſe. *Malagawein.*

Vinum Xeræ. *Xereswein.*

——— Alicantinum ſeu Illicitanum. *Alikantenwein.*

——— Lachryma Chriſti. *Lachrima Chriſti.*

——— Græcum di Somma. *Veſuviuswein.*

——— montis Puliciani. *Montipulicianer.*

——— Tyrolenſe. *Tyrollerwein.*

——— Tinto. *Tintowein.*

——— Muſcatellinum. *Muſcatellerwein.*

Vina *ACIDA.*

Vinum Caſſovienſe. *Caſchauer Wein.*

——— Bohemicum. *Bömiſcher Wein.*

——— Saxonicum. *Sächſiſcher Wein.*

——— Sileſiacum. *Schleſiſcher Wein.*

——— Luſaticum. *Elſaſſer Wein.*

——— Helveticum. *Schweiziſcher Wein.*

——— Marchicum. *Mark-Wein.*

SPIRITUS VINOSI.

Spiritus vini. *Weinbrandwein.*

——— frumenti. *Kornbrandwein.*

——— prunorum. *Zwetſchenbrandwein.*

——— ceraſorum. *Kirſchbrandwein.*

——— ſacchari ſeu Taffia. *Zuckerbrandwein. Rum.*

——— oryzæ. *Reiſsbrandwein. Arak.*

——— lactis equini. *Pferdmilchbrandwein.*

LACTA.

Lac humanum. *Frauenmilch.*

—— vaccinum. *Kuhmilch.*

Lac caprinum. *Ziegenmilch.*
—— ovillum. *Schaafmilch.*
—— aſininum. *Eſelmich.*
—— equinum. *Pferdmilch.*
Serum lactis. *Molken.*

POTULENTA DULCIA.

Muſtum. *Moſt.*
Vinum abſynthiacum. *Wermuth.*
——— pomaceum. *Apfelwein.*
——— ceraſiacum. *Weichſelwein.*
Hydromel. *Meth.*
Succus Betulæ. *Birkenſaft.*
Limonada. *Limonade.*
Lac amygdalinum. *Mandelmilch.*

POTULENTA CALIDA.

Aqua tepida. *Laues Waſſer.*
Thea viridis. *Grüner Thee.*
—— bohea. *Theebou.*
Coffea. *Coffe.*
Chocolada. *Schokolade.*
Limonada ſpirituoſa. *Puntſch.*
Jus carnis bubulæ. *Rindfleiſch-Brühe.*
— —— vitulinæ. *Kalbfleiſch-Brühe.*
— —— vervecinæ. *Hamel-Brühe.*
— gallinæ. *Hünerbrühe.*
— teſtudinum. *Schildkröten-Brühe.*
— ranarum. *Froſch-Brühe.*
— cochlearum. *Schneken-Brühe.*

Jus cancrorum. *Krebs - Brühe.*
— piſcium. *Fiſch - Brühe.*
— viperinum. *Vipern - Brühe.*
— conſummatum. *Kraftbrühe.*
— e vino calido. *Weinſupe.*
— ex cereviſia calida. *Bierſupe.*
— ex lacte calido. *Milchſupe.*

DE

POTULENTIS

GENERATIM.

Liquida, quæ ſiti exſtinguendæ opponuntur, *Potulenta* vocantur.

Naturaliſſimus autem & ſaluberrimus potus, quem Natura homini omnibusque aſſignavit animantibus, eſt aqua frigida.

DE AQUA GENERATIM.

Aqua eſt corporum principium conſtitutivum, quod in puriſſimo ſuo ſtatu ens eſt ſimplex, fluidum, inodorum, inſipidum, pellucidiſſimum. *

Eſt vero aquæ multiplex varietas. Hinc generatim dividuntur aquæ:

* *Cel.* THOUVENEL *Betrachtungen über die trinkbare Wäſſer* in *Cel.* CRELL *neueſte Entdekungen in der Chemie. 4. Theil* p. 218. ſeu *Hiſtoire de la Société de Médecine de Paris. Les années* 1777 et 78. p. 274-290. et *Cel.* BERGMAN *opuſcula* T. I. p. 139.

in *ſimplices*, quæ *dulces* etiam vocantur, et nullo elemento peregrino ſcatent.

— *minerales*, quæ particulis mineralibus abundant.

— *molles*, quæ parum,

— *duras*, quæ multum ſedimenti ſelenitici deponunt.

— *ſalubres*, quæ puræ,

— *inſalubres*, quæ impuræ ſunt vel alio vitio laborant.

Aqua *bona* debet eſſe pellucida, abſque odore, ſapore et colore, levis, frigida, pauco aere fixo donata, * et analyſi chemica examinata nullum exhibere principium heterogeneum.

Quod noſcitur, ſi aqua ab acido ſacchari, ab alcali fixo, et a ſolutione argenti nitroſa non vel parum evadat turbida. Perfecte enim pura aqua nullibi terrarum invenitur.

Virtus. Aqua quidem ſola corpus non nutrit, ** at ſitim exſtinguit, refrigerat, corpus humectat, ne exſiccetur, humores diluit, ne ſpiſſitudine red-

* Omnis aqua bona aerem fixum continet, quæ infra 6 pollices habet putrida eſt. Solus enim aer fixus aeris putridi evolutionem in aquis cohibet.

** *Ill.* Halleri *El. phyſiol.* T. VI. p. 181. Aquæ potus famem ita lenit, ut diu abſque cibo vita tolerari poſſit, quod ægrotorum apoſitia laborantium exempla docent. Deficiente autem utroque alimento inedia 10 dierum homini ceterum ſano utplurimum lethalis eſt.

dantur immeabiles, excretiones humorum vitæ actionibus corruptorum per renes, cutim et alvum promovet, et ſanitatem illibatam conſervat. Hydropotæ appetitu, guſtu, olfactu, viſu et memoria præ zythopotis et œnopotis excellunt. Multi denique morbi copioſiori potu aquæ frigidæ curantur.

Usus. Oportet autem aquam bibere crudam et frigidam, prout Natura offert; hæc enim eſt gratior linguæ, ſitim magis ſedans, ventriculum magis roborans, quam aqua cocta et iterum refrigerata.

Optima et puriſſima aqua eſt *montana*, huic accedit *fluviatilis*, deterior hac jam eſt *putealis*.

Quantitas potus aſſumendi exacta præſcribi nequit. Hæc a ſiti determinatur. Homini ſano ſufficit, ſi quotidie menſuram ſaltem aquæ in potu et cibo hauriat. Plus ſitiunt, qui vitam exercitatam, quam qui quie tam exercent, plus qui aſſa edunt, quam qui elixa, plus qui carnes panesque, quam qui olera & fructus vel acidula vel pinguia ingerunt.

Aquæ potui quotidiano ineptæ vel nocivæ ſunt:

1. Aqua *putrida*, quæ nempe *aerem putridum* ut aqua diu in vaſis retenta, magna copia continet, qui odore nauſeoſiſſimo noſcitur, ſi aqua talis ad quartæ partis remanentiam incoquatur, producit febres putridas, diarrhæam, vomitum, nauſeam.

Emendatio. Aqua diu aeri expoſita & bene agi-

tata emendatur. * Unicum aeris putridi antidotum & corrigens eſſet immixtio aeris fixi. Alii acetum immiſcent, Romanis militibus ideo *poſca* ad ſitim reſtinguendam porrigebatur.

Magna eſt in navibus miſeria, ſi in longis itineribus marinis aqua cadis excepta corrumpatur & inſectis tota ſcateat. Conſervari aquam in vaſis lapideis prius aqua fervida bene purgatis, dein *fumo ſulphuris accenſi* impraegnatis, & tandem inſtillatis aquæ olei vitrioli guttis aliquot, experientia docuit. **

2. Aqua *turbida*, quæ multum *terræ argillaceæ phlogiſticatæ*, vel *aeratæ* continet, colore opaleſcente & ſapore limoſo, terreo diſplicet; quia utplurimum ſimul aere limoſo impraegnata invenitur. Febrem intermittentem & viſcerum obſtructiones creare dicitur.

Emendatio. Poteſt hæc aqua fieri limpida, ſi *quieti* committatur aut per *lapides poroſos*, *chartam* vel *arenam* filtretur, vel ſi vas ante infuſionem aquæ paſta *amygdalarum dulcium* aut *Strychno potatorum* illiniatur, qui fructus faciunt, ut turbida aqua citiſſime ſubſideat. ***

3. Aqua *nimis dura.* Aquæ, quæ calcem aeratam,

---

* *Ill.* TODE *Bibliothek* 2. B. p. 140.

** *Hiſtoire de l' Académie des ſciences de Paris.* 1722. pag. 9.

*** Vide *Strychnos potatorum* & *amygdala dulcis.*

ſelenitidem aliosque ſales terreſtres ſolutos continent, *duræ* vocantur. *Noſcuntur* ſapore ſicco, terreſtri, auſtero, bibentibus minus grato, ſolutione acidi ſacchari, ſalisve alcalini fixi notabiliter turbantur, coctione hujus aquæ vaſa cruſta terrea paullatim obducuntur. Ad cereviſiam conficiendam, ſpiritum frumenti, infuſum theæ vel coffeæ parandum minus valent. Legumina vel carnes vetuſtæ in hac aqua coctæ non molleſcunt. Stannum hiſce aquis plerumque nigreſcit. Ad veſtes & linteamina eluenda ſunt inhabiles, partim quia impuritatem non facile ſolvunt, partim quia ſaponem deſtruunt. Ad obſtructionem viſcerum plerumque diſponunt & longiori ſaltem uſu labem ſanitati minantur.

Ad linum & cannabem putrefactione præparandam ſunt inutiles, quia vi antiſeptica inſtruuntur. Experiundum igitur eſt, annon tales aquæ in itineribus maritimis longioribus cum fructu adhiberi poſſint. *

Emendatio. Si calx aerata eſt duritiei cauſa, tunc ſola coctione & refrigeratione corrigitur, ut vero depoſito calcareo ſedimento aqua fiat palato grata in humilibus & amplis vaſis libero aeri debet exponi, ut ex atmoſphæra aeris fixi portionem iterum recipiat.

---

* *Ill.* BERGMAN. *opuſc. T. I. p.* 140.

Aquæ calcareæ & ſeleniticæ cardialgiam, oppreſſionis ſenſum, indurationes viſcerum & glandularum, alvi conſtipationem, quandoque alvi fluxum diuturnum cauſant, ſaltem non aſſuetis. *

Si vero calx vitriolata vel ſalita cauſa duritiei eſt, tunc ebullitione & additione ſalis alcalini fixi baſim terreſtrem præcipitante eſt depuratio facienda.

4. Aqua *gelidiſſima.* Nocentiſſima eſt, ſi hauriatur corpore calente & ſudoribus perfuſo, inde pleuritis, peripneumonia, polypus cordis, apoplexia, inflammatio ventriculi & hepatis, phtyſis, febris continua inflammatoria, vehementiſſimi ſpaſmi, dolorum nephriticorum exacerbatio criuntur. Qui gelidam ſitim in ſtadio frigoris febrium intermittentium reſtinctuiri nimis ingurgitant, placentis febrilibus (*fieberzelten*) ut ajunt, corripiuntur. Exercitati innoxie aquam frigidam bibere dicuntur, ſi poſt ejus hauſtum laborem vel motum continuant.

Sed prodeſt aquæ frigidiſſimæ hauſtus in debili-

---

* *Medical Tranſactions* Vol. I. p. 2. &c. Calculus autem urinarius ab aquis terreſtribus non oritur, Göttingæ enim is calculus valde rarus, aqua vero valde terreſtris obſervatur, & calculus urinarius productum animale ex glutine animali non ex terra calcarea eſt, ut Celeberrimi viri SCHEELE & BERGMAN demonſtrarunt.

tate ventriculi & in febre bilioſa, & morbis ab his cauſis originem ducentibus.

5. Aqua *cocta.* Hæc licet iterum refrigeretur, multo tamen deterior eſt quam frigida. Coctura enim ſuum aerem fixum maximam partem perdit & aer putridus eo ablato magis denudatur. Ideo non refocillat ut aqua frigida, inſipida eſt, nauſeam & vomitum movet.

Aqua *deſtillata* empyreuma redolet, quod vero aeri expoſita iterum exuit.

6. Aqua *calida* ventriculum relaxat, ut de potu Theæ dicetur.

Aqua *valde* calida minus ventriculum debilitat quam tepida, quia calore magno ventriculum irritat.

7. Aqua *ſalina.* Aquæ, quibus plurimum ineſt ſalis medii ut ſalis mirabilis, amari, culinaris, vitrioli viridis &c. ad internum non minus quam domeſticos uſus ob amarum ſaporem, & vim purgantem ſunt ineptæ.

8. Aqua *nimis aerata*, inducit temulentiam, & vertiginem, ut in me ipſo obſervavi, ſi magna copia ad menſam vel interdiu hauriatur.

9. Aqua *hepatiſata* ſeu *ſulphurea*, quæ *aerem hepticum* continet, qui noſcitur ex odore ovi putridi, ſapore teterrimo dulceſcente & ex ſulphure ad fundum vaſis præcipitato, ſi ſpiritus nitri inſtilletur.

Ob tetrum odorem & ſaporem bibi nequit, niſi ſpiritu nitri ſulphur ex eo præcipitetur.

10. Aqua *plumbata.* Aqua montana per tubos plumbeos ſubterraneos advecta, aqua fontana in vaſis cupreis ſtanno plumbato obductis vel in vaſis e ſtanno plumbato confectis ultra 24 horas reſervata; aqua pluvia e tectis plumbo obductis in receptaculum ſuppoſitum depluens excepta, eſt plumbo infecta. *

Noſcitur ex colore lilaceo, ſeu violaceo-roſeo, ſi aquæ hujus ℥iv guttæ vj ſolutionis argenti in acido nitri factæ inſtillentur. **

Inducit colicam & alios morbos ſaturninos.

11. Aqua *cupreata*, aqua fontana in vaſis cupreis ſtanno non obductis diu reſervata cupro inquinatur, quod ex colore coeruleſcente noſcitur, ſi ſpiritus ſalis ammoniaci inſtilletur.

Inducit vomitum & alios morbos.

AQUA MONTANA ſeu FONTANA.

Eſt aqua, quæ ex montium rupibus ſcaturit; hinc etiam *rupeſtris* vocatur. Quellwaſſer.

Virtus. Optima, maxime reficiens et puriſſima omnium aquarum utplurimum eſt montana. Hinc ubi haberi poteſt, pro potu quotidiano omnibus reliquis eſt præferenda.

---

* Vide *Toxicologiam.*

** *Cel.* Sage *Unterſuchung verſchiedener Mineralien. Göttingen* p. 23.

AQUA FLUVIATILIS.

Eſt aqua ex fluvio hauſta. Flußwaſſer.

Turbida eſt utplurimum hæc aqua præſertim tempore pluvioſo, hinc ante uſum depuranda.

Virtus. In defectu aquæ montanæ ferri poteſt, eſt enim poſt eam adhuc ſaluberrima, * eoque purior eſt, quo vehementius movetur et duriori fundo gaudet. Non adſuetis alvum ſub exordio uſus movet. Ob mollitiem coquendis leguminibus, et braxandæ cereviſiæ aptior eſt aliis aquis.

Noxa. Tempore æſtivo ob putreſcentiam piſcium vegetabiliumque, uſus aquæ fluviatilis cardialgiam, diarrhæam, febremque excitaſſe dicitur. ** Aqua fluviatilis valde argilloſa ſtrumas producit. *** Aqua Nili ut aqua Sequanæ non aſſuetis ſcabiem cauſat. ****

AQUA PUTEALIS.

Eſt aqua e ſolo regionum planarum ſcaturiens. Brunnwaſſer. Grundwaſſer.

---

* *Nilum* bibunt Æegyptii, *Sequanam* Pariſini, *Tiberim* Romani, *Choapſem* Perſæ, *Danubium* Budenſes aliique ejus accolæ.

** Pariſiis 1731 epidemia ab uſu aquæ Sequanæ obſervata legitur. PRESLE *Conſervateur de la ſanté.* p. 105.

*** *Berneriſches Magazin* 1. Band et *Cel.* PALLAS *Reiſe durch Ruſsland.* 1. Th. p. 38.

**** *Cel.* NIEBUHR *Reiſe Beſch.* 1. B. p. 131.

Admodum variat hæc aqua prout ſolum putei *argilloſum*, *arenoſum* vel *lutoſum* eſt. Ex puteo *arenoſo* bona, ex *argilloſo* mala, ex *limoſo* peſſima eſt.

Virtus. Aqua putealis, cujus ſcaturigo ex monte in puteum ducitur, ſalubris eſt & ſana, at cujus ſcaturigo ex ſolo arenoſo vel argilloſo eſt, fere ſemper dura ſeu calcareo-ſalenitica, hinc vide *Aquæ duræ* vitia.

Aqua putealis autem e ſolo *lutoſo* orta valde inſalubris deprehenditur. Aqua hæc in multis locis calce & putrilagine, quandoque ſalſugine eſt plena, adeo ut bibi omnino non poſſit. Hæ aquæ dyſenteriam, febrem intermittentem & remittentem, phtyſim, * ac in regionibus calidis morbos malignos cauſant. ** In puteo, ex quo aqua non frequenter hauritur, aqua quiete putrida fit.

Coctione pars aliqua impurioris ſedimenti ſubſidet, miſcella autem putrilaginoſa hoc modo non ſeparatur. ***

---

* *Schwed. Abh.* 1750. n. 3. & Belforti in *Act. Helv.* T. III. p. 209.

** Negapotani eos morbos aqua per naves advecta ſuſtulit. H. v. Rheede apud Hamilton *Eaſt. Ind. voy.* T. I. p. 346.

*** Leidæ neque theæ infuſum ex putealibus aquis palato gratum eſt. *Ill.* Halleri *Elem. Phyſ.* T. VI. p. 242. ed. in 4.

Usus. In regionibus planis ob defectum aquæ montanæ & fluviatilis in uſum alimentarem adhibere has aquas dura cogit homines neceſſitas. Etiamſi frigore hæc aqua blandior fiat, montana tamen & fluviatili ob admixtas particulas putridas longe eſt inſalubrior. Hinc magnum eſt ſolatium, ſi putei ex aqua montana conſtrui poſſunt.

AQUA NIVALIS, ſeu GLACIALIS.

Eſt aqua ex *glacie* vel *nive colliquata* depluens. Schneewaſſer. *

Virtus. Alpicolas innoxie hanc aquam pro potu quotidiano adhibere teſtantur fide digniſſimi authores. ** Alii has aquas longo uſu ſtrumas & viſcerum obſtructiones generare dicunt, at multis in locis ubi ſtrumæ ſunt endemiæ, non bibuntur aquæ nivales. *** Poteſt demum ſuo frigore nocere, quando ſubito in corpus æſtuans ingurgitatur; tum vero non aqua ſed frigus ejus cauſa morbi eſt. ****

---

* Nuper liquatæ aere fixo carent, aliquantulum calcis ſalitæ cum exiguis acidi nitri veſtigiis in ſinu fovent. *Ill.* Bergman T. I. p. 57.

** In Helvetia nivem glaciemve colliquatam innoxie hauriri *Cel.* Scheuchzer teſtatur. Idem *Celeb.* Anderson de incolis Islandiæ & Groenlandiæ narrat.

*** *Ill.* Zimmermann *von der Erfahrung.* II. *Th.* p. 303.

**** *Ill.* Hallerus dicit: ipſe ſum expertus ſemel in Alpibus a frigidiſſima aqua punctorium in pectore do-

AQUA LACUSTRIS.

Eſt aqua ex *lacu* hauſta. Teichwaſſer.

VIRTUS. Lacuum aquæ, utplurimum minus ſunt claræ & valde ſedimentoſæ, atque, etſi pellucidæ videantur, tamen ab inſolatione tepidæ, ab exiguo motu vappidæ, ovulis inſectorum ſcatentes, ſemiputridæ, hinc inſalubres ſunt.

AQUA PALUSTRIS. *

Eſt aqua ex *palude* hauſta. Sumpfwaſſer.

ODOR & SAPOR limoſus.

VIRTUS. Minorem habet motum atque ideo eſt minus clara, gravior, & materia extractiva contaminata, unde plerumque *colorem* flaveſcentem oſtendit.

USUS. Eſt aqua lacuſtri adhuc multo deterior, ob aerem limoſum, quem continet, febrem intermittentem aut remittentem malignam ſæpe excitat.

AQUA CISTERNALIS.

Eſt *aqua pluvialis* per ſubterraneos canales in *ciſter-*

---

lorem & pleuritidis primordia mihi ſubnaſci. Semel ſingularem quemdam ſtuporem, alpicolis non ignotum, cum aliqua animi dejectione & ad omnes ſenſus motusque tarditate. *Elem. Phyſ.* T. VI. p. 241. Sed hæc ſymptomata perinde accidunt, quando absque potu ullo in frigidas cellas nos recipimus & ibi quieſcimus.

* *Lacus* ſunt ſtagna majora; *Paludes* autem minora.

nas lapideas ducta, atque ex his in uſum alimentarem hauſta. Ciſternwaſſer.

VIRTUS. Etiam hæc aqua ob ſtagnationem facile corrumpitur & ovulis inſectorum ſcatet. Eſt denique *aqua pluvialis* lixivium atmoſphæræ, & intra paucum tempus putreſcit, hinc non adeo pura, ut a multis cenſetur.

USUS. In regionibus calidis, ubi æſtu terra exſiccatur & non niſi corruptæ aquæ lacuſtres dantur, cogit neceſſitas potus ad aquarum ciſternalium uſum confugere.

AQUA MARINA.

Eſt aqua, quæ pelagum conſtituit. *

ODOR nullus; SAPOR nauſeoſus, ſalſo-amarus. Hoc nauſeoſum in profunditate 60 orgyarum deficit vel vix ſentitur. **

CONTENTA. Cantharus præter plurimam materiam *extractivam*, quæ a putrefactis animalibus & vegetabilibus ei ineſt, continet

Salis marini ℥ij & gr. 433.
Magneſiæ ſalitæ — — 380.
Gypſi — — 45.

VIRTUS. Aqua in ſuperficie pelagi hauſta ob teterrimum ſaporem inaſſuetis movet nauſeam, quandoque vomitum, diureſim, diarrhæam, vi ſepti-

* *Cel.* BERGMAN *opuſc. chem. vol.* I. p. 179.
** *Schwed. Abh.* 1757.

ca ſolvente inducit ſcorbutum, * vel febrem navalem.

Usus. Piſcatores & navigatores neceſſitate preſſi aqua marina utuntur, at diu hanc ſine ſcorbuto ferre nequeunt.

Aqua marina deſtillata & dein aeri expoſita, ut empyreuma exuat, grata & ſalubris fit. ** Varii in hanc rem excogitati fuerunt apparatus, immo vapor etiam e lebetibus, dum cibi parantur, adſcendens captatus fuit.

Aqua marina, quæ ex profundo 60 orgyarum hauritur, ob ſalſedinem ſiti reſtinguendæ non conducit quidem; anatica tamen portione aquæ dulcis admixta, in cibis præparandis uſum procul dubio adfert, quippe quo dimidiæ aquæ dulcis penui parcitur. *Glacies* in pelago natans peregrinantibus capta & liquata dulcem dedit aquam.

DE CEREVISIA GENERATIM.

Potus ex ſemine cereali decocto, fermentationem

---

* LESKE *Abh. aus den philoſophiſchen Transactionen* 5. *Th.* p. 314. Puella 16 annorum, ſcrophuloſi habitus ab aqua marina, quam 10 diebus ad uncias 16 hauſerat, in hæmorrhagiam uterinam, ſcorbutum oris, maculas petechiales; febrem putridam, animi deliquia inciderat et ex ſoluto ſanguine obiit.

** *Ill.* BERGMAN *opuſc. vol.* I. p. 147.

ſpirituoſam paſſus & lupuli amarore impragnatus, *Cereviſia* ſeu *Vinum Cereris* vocatur.

Cereviſia *conficitur* legitima cerealium germinatione, toſtione, coctione, additione lupuli, & fermentatione ſpirituoſa.

Homines in regiones viti propagandæ parum idoneas delati, hujus potus inventores erant. *

Reſpectu *coloris* dividitur cereviſia

in *albam*, quæ ex malto parum toſto & parum lupulato conſtat.

— *brunam*, quæ ex malto multum toſto & multum lupulato conficitur.

Reſpectu *conſiſtentiæ* triplex habetur cereviſiæ varietas:

1. Cereviſia *meraca*, quæ conſiſtentiam ſyrupi habet ut *Mumia Brunsvicenſis*.

2. ——— *tenuis*, quæ diminuta hordei copia & aquæ momento aucta debiliſſima eſt, hæc ob farinoſam & aceſcentem indolem in ipſis morbis acutis pro potu admitti poteſt.

3. ——— *mediæ conſiſtentiæ*, quæ qualis noſtra *alba* & *bruna* eſt, vulgarem conſiſtentiam habet, pro potu diætetico ad menſam optime adhibetur.

VIRTUS. Cereviſia *alba* & *bruna* minus quam vinum inebriat & calefacit, hinc æſtivo potui aptior eſt cereviſia. Eſt ſimul valde nutriens & analepticus potus, hinc emaciatis & debilibus convenit. Nec

* *Ill.* HALLERI *El. Phyſ.* T. VI. p. 247.

adeo facile ac vinum in ventriculo aceſcit, hinc multi perferunt bonam cereviſiam, qui a vino aciditate ſtomachi vexantur. Cereviſia *bruna* ob majorem lupuli amarorem minus aceſcit, quam alba, & a calculo & podogra præſervare creditur. Nam zythopotæ minus calculo laborant potatoribus vini.

Vis noxia. Poteſt cereviſia aere, muco cereali, aciditate & fœculentia nocere. Qui cereviſiæ potui non aſſueti ſunt, aeris in viſcore incluſi copiam accuſant. Demum a ſpiſſæ cereviſiæ abuſu calculos biliarios Bohœmis eſſe endemios alii opinantur. Nec convenit obeſis ac pituita laborantibus ob indolem viſcoſam & nimis nutrientem. Appetitum aliquantum imminuit ob eandem virtutem, hinc zytopotæ minus eſuriunt & pituita laborant, quæ ventriculo, inteſtinis, & pulmonibus adhærens varias viſcerum obſtructiones & morbos generat.

Cereviſiæ *crapula* eſt longe quam vini durabilior.

Cereviſia non bene *defæcata* tormina, diarrhæas & choleram excitat. *

Cereviſia *aceſcens* præter tormina ſtranguriam vino & ſpirituoſis ſanandam, cauſat.

---

* Fœx cereviſiæ leni calore ſiccata & in pulverem redacta, ſi homini robuſtiſſimo ad grana tantum tria præbeatur, teſte KRAMERO *med. caſtrens.* p. 110. vehementiſſimas cum maximis doloribus conjunctas ἄνω & κάτω purgationes excitat.

Reſpectu

Reſpectu *frumenti* & *præparationis* ſequentes habentur cereviſiæ ſpecies.

CEREVISIA HORDEACEA.

Quæ ex *hordeo* paratur. Gerſtenbier.

Virtus. Bene nutrit, & facile vias urinarias tranſit, minus calefacit, quam cereviſia triticea.

CEREVISIA TRITICEA.

Quæ ex *tritico* paratur. Weizenbier.

Virtus. Magis eſt nutriens ac calefaciens quam hordeaceæ, ſegnius autem renes tranſit, hinc obeſitati, viſcerum obſtructioni, aſtmati ob lentorem anſam præbet.

CEREVISIA SECALINA.

Quæ ex *ſecali* paratur. Rockenbier.

Virtus. Eſt viridiuſculi coloris, ſaporis haud ingrati, valde nutriens. At alvum conſtipare & reſpirandi difficultatem inducere dicitur. *

CEREVISIA AVENACEA.

Quæ ex *avena* conficitur. Haberbier.

Virtus. Tenuis eſt cereviſia, minus ſpirituoſa, minusque nutriens, at magis diuretica quam alia cereviſia.

CEREVISIA MAYS.

Ex frumento *Mays* conficitur. Maysbier.

---

* *Cel.* Geoffroy *mat. med.* pars III. p. 504.

Virtus. In America ſeptentrionali valde uſitata eſt. *Sapore* & *virtute* convenit cum cereviſia hordeacea.

CEREVISIA PINI.

Eſt cereviſia ex ramulis *Pini ſylveſtris L.* confecta. Föhrenbier.

Virtus. Europæi in America hanc cereviſiam conficiunt. Eſt clara, reſinoſi ſaporis, parum nutriens at valde diuretica, & antiſcorbutica, per plures annos non aceſcens, hinc pro itineribus maritimis valde apta. *

CEREVISIA LAGENARIA.

Eſt cereviſia vitro infuſa valde ſpumeſcens. Buttelbier. Paratur, ſi cereviſia cum ſacchari & cremoris tartari exigua portione mixta, lagenæ forti incluſa, epiſtomio & pice bene obturetur.

Virtus. Eſt gratiſſimi & reficientis ſaporis, valde putredini & ſcorbuto ob acrem fixum reſiſtens, facile fertur a ſtomacho etiam debiliſſimo.

MUMIA BRUNSVICENSIS.

Eſt cereviſia ex hordeo parata, quæ adeo meraca eſt ut ſyrupi ferme conſiſtentiam habeat. Braunſchweigiſche Mumme.

---

* *Cel.* Crell *die neueſten Entdeckungen in der Chemie.* 8. *Theil.* 1783. p. 160.

Virtus. Sapor eſt dulcis, valde ſpirituoſus, adeo eſt durabilis hæc cereviſia, ut in utramque Indiam ſine corruptione iter perferat. Valde nutriens, roborans at ſimul valdeſtimulans & inebrians eſt.

DE VINO GENERATIM.

Succus uvarum *Vitis viniferæ L.* fermentationem ſpirituoſam paſſus, *Vinum* dicitur.

Odor & Sapor vinorum eſt ſpecificus, gratus, ſpirituoſus, *vinoſus* vocatur.

Virtus. Ut condimenti vel medicamenti potius, quam potus inſtar vinum adhibeatur conſulendum eſt. Cum aqua dilutum pro potu menſuali ingeri ſolet. Modica copia uſurpatum languentem ventriculum roborat, appetitum incitat, ciborum digeſtionem adjuvat, ſyſtema nervoſum roborat; calorem auget, putredini reſiſtit, tranſpirationem promovet, & ſi acidum eſt, diureſim auget. Parcior vini uſus in ſenio convenit, tenellæ ætati prohibeatur.

Vis *medicata.* Eſt ſummum cardiacum antiſepticum in febribus putridis, & nervoſis, nulla inflammatione aut plethora ſtipatis. Eſt ſummum roborans in recovaleſcentia a morbis. Curat guttam roſaceam, quam aquæ potatores patiuntur & morbos a debilitate primarum & ſecundarum viarum. Eſt ſummum præſervativum a morbis putridis. Nervoſis morbis abſente acido apprime convenit.

Abuſus ſeu frequentior & copioſior vini uſus ob ſpirituoſa ſua principia ſanguinis motum auget, eumque ad caput determinat, hinc inebriat, deliria, ſoporem & quandoque apoplexiam inducit. Continuato abuſu tremorem artuum, viſcerum obſtructiones, podagram, calculum, icterum, aſtma, hydropem, debilitatam ſenſilitatem & lente obrepentem apoplexiam gignit. *

Principia conſtitutiva vini ſunt aqua, alcohol, acidum vini, oleum, terra, ſal alcalinus fixus, aer fixus.

Differunt autem vina ætate, colore, ſapore, ſpirituoſitate, regione, ſolo, ſitu, anno, vitio.

Reſpectu *ætatis* dantur.

Vina *recentia*, quæ unius anni ſunt, hæc muccoſa, turbida, acida, minus ſpirituoſa.

—— *antiqua*, quæ multorum annorum ſunt. Hæc clara, minus acida, magis ſpirituoſa.

Reſpectu *coloris* dividuntur

in *alba*,

— *rubra*, quæ magis roborant & adſtringunt.

Reſpectu *ſpirituoſitatis* diſcernuntur

in *generoſa*, quæ multum alcoholis &

— *debilia*, quæ minus alcoholis plus aquæ continent.

---

* *Ill.* MURRAY *app. med.* Vol. I. p° 318.

Reſpectu *ſoli* habentur
vini *montana*
— *planitialia*
— *inſulana*

Reſpectu *regionis* dicuntur
vini *italica*, *hyſpanica*, *gallica*, *germanica*, *hungarica*, *bohemica* &c.

Reſpectu *anni*
vina *bonni*, *mali*, *mediocris* anni. *

Reſpectu *vitii* quod vinum habere poteſt, datur vinum
nimis novellum ob aciditatem cardialgiæ, torminum, diarrhææ epidemicæ ſæpe cauſa ſunt.
nimis acerbum ſeu ex uvis immataris preſſum, ſæpe colicam pictonum & contracturas membrorum cauſat.
nimis ſulphuratum. Vina nimis ſulphurata pectori, capiti & nervis inimica ſunt, inde varios morbos nervorum, colicam, temulentiam, taſſim, et phthiſim generant. ** Noſcitur inſtilatione ſolutionis argenti nitroſæ, qua vinum brunum vel nigrum evadit, ovum vel lamella argentea vino impoſita nigreſcunt.

---

* Sic vinum Tockavienſe non omni anno dulceſcit, ſi enim autumnus pluvioſus, tum acidum, ſi ſiccus dum dulce evadit. Nam humiditate uvæ non ſiccantur hinc muſtum nimis dilutum in fermentationem illico ruit vinoſam.

** BRUCKMANNI *Epiſt. itin.* 26. *Cent.* 2.

mangonizatum lithargyro. Vina acida lithargyrio vel aliis præparatis plumbatis dulcificata, inducunt colicam ſaturninam cum paralyſi extremitatum ſuperiorum. *Noſcitur* vinum plumbatum inſtillatione *liquoris probatorii*, quo vini præcipitatum nigreſcit. Vide *Toxicologiam.*

fucatum. Oenopolæ vina nativa quoad colorem, conſiſtentiam, ſaporem & gratiam arte imitari ſolent, quorſum pertinent ſaccharum uſtum, paſſulæ majores, lignum Santalum rubrum, ſuccus myrtillorum &c. Hæ res crumenæ magis quam ſanitati dolum inferunt, at vina talia facile corrumpuntur.

VINA ACIDVLA

Noſcuntur grato *ſapore acidulo.*

Subtili *acido prædominante* inſtructa ſunt, quare alcali ſaturant & aquæ miſcellam facile ineunt.

Virtus diluens, reſolvens, ſitim bene ſedans, appetitum & coctionem promovens, ſudorifera, valde diuretica, & antiſeptica. Hinc hæc vina pro potu menſuali ſaluberrima.

VINUM RHENANUM.

Vinum Rhenanum. Rheinwein. Vinum in Germania ad Rhenum creſcens. Species primariæ ſunt *Hochheimenſe*, *Koſtheimenſe*, *Rheingauenſe*, *Baccheracenſe*,

Virtus. Vinum tenue, ſubacidum, analepticum ſeu nervos inſigniter reficiens, ſubrefrigerans, diureticum, antiſepticum. Ex vinis germanicis præſtantiſſimum, ætatem centum annorum ferens.

Usus. Cum aqua dilutum eſt ſaluberrimus potus menſualis, qui non ſolum hominibus ſanis, ſed etiam ægrotis debilibus acido non laborantibus, imo valde dilutum in ipſa debilitate febrium putridarum & nervoſarum nulla plethora aut inflammatione ſtipatarum convenit.

VINUM MOSELANUM.

Vinum Mosellanum. Moslerwein. Colitur in Germania ad *Duſemunde*, *Vela*, *Zeltingen*.

Virtus. Vinum germanicum, tenue, leve, minus ſpirituoſum quam Rhenanum, at magis diureticum & refrigerans in æſtate & in calore febrili, materiam arthriticam & calculoſam bene eluens. Facile tamen vapeſcit & ætate viribus ſpoliatur.

VINUM NECCARINUM.

Vinum Neccarinum. Nekarwein. Colitur in ducatu *Palatino* & *Würtenbergico*.

Virtus. Vina temperata, grata, at ob facilem vapeſcentiam fumo ſulphuris vel ſpiritu vini imbuuntur, ut ad plures annos durent.

VINUM STRADÆ MONTANÆ.

Vinum stradæ montanæ. Bergſtraſſer

Wein. Colitur in ducatu *Palatino*. Optimum eſt *Auerbacenſe* & *Bensheimenſe*.

Virtus. Vinum tenue, gratum, diureticum, caput non petens; ætatem ultra ſex annos vix fert.

VINUM AUSTRIACUM.

Vinum Austriacum. Oeſterreicher Wein. Colitur in *Auſtria*, optimum eſt *Neoburgenſe*, *Wiſenburgenſe*, *Nusbergenſe*, *Baumenſe*, *Pumperskirchenſe*, *Maurenſe*, *Krinzingenſe*, *Mödlingenſe*; *Edenburgenſe*, *Rezenſe*, *Tulnenſe*, *Wachauenſe*.

Virtus. Vina hæc ætatem nacta & bene fermentata ſunt præſtantia & ſalubria; *Juniora* autem vel mediæ ætatis acido abundant, hinc inſalubria, arthritidem & phthiſim generantia.

VINUM FRANCONICUM.

Vinum Franconicum. Frankenwein. Optima ſpecies eſt vinum *Herbipolenſe montanum*, der Steinwein.

Virtus. Vinum album, generoſum, grate acidulum, diureticum, capiti non offenſum, ſtomacho aptum. Hinc pro potu menſuali aptiſſimum. Optimum evadit poſt tertium vel quartum annum.

VINA ACIDULO - SUBDULCESCENTIA.

Noſcuntur ſapore acidulo - ſubdulceſcenti.

Minus continent principii acidi.

Virtus. Minus antiſeptica & diuretica ſed magis ſpirituoſa quam vina prioris claſſis ſunt. Aquam minus ferunt, hinc facile inebriant ſi meraca bibantur.

VINUM GALLICUM ALBUM.

Vinum gallicum album. Weiſſer Franzwein.

Virtus. Vina gallica in prima ætate ſunt aquoſa, acido-acerba, parum ſpirituoſa, hinc inſalubria, at vina *antiqua* ſaporem acido-dulcem cum grata acerbitate mixtum nanciſcuntur & pro potu menſuali apta atque ſalubria fiunt.

VINUM CAMPANICUM.

Vinum campanicum. Schampagner Wein.

Virtus. Vinum Gallicum, acido-dulce, linguam acriter pungens, penetrantiſſimo ſpiritu & copioſiſſimo aere fixo repletum ita ut vitro infuſum valde ſpumeſcat, & hauſtum nares feriat, multosque ructus excitet. Citiſſime exhilarat, levem crapulam inducit, corpus mire reficit. At velociſſimus eſt ejus tranſitus per vaſa ſecretoria, hinc mox urinam & ſudorem movet, hinc mox exhalat hilaris crapula, quam cito producit. In ſenſibilibus ſubjectis ob aciditatem, quam in ventriculo relinquit, ſodæ cauſa eſt. Ob copioſum aerem fixum & penetrantiſſimum ſpiritum in fe-

bre nervoſa & putrida laudabile eſſet remedium, ni pretium obſtaret.

Oenopolæ ex quolibet vino novello ope ſacchari & fœcis columbinæ fraudulenter vinum campanum imitari ſciunt. Hoc noſcitur, ſi lagena exigua vino tali impleta & vitro aqua repleto inverſe immiſſa vinum in aquam effluere ſinat.

VINUM HUNGARICUM ALBUM.

Vinum hungaricum album. Weiſſer Hungariſcher Wein. Optimæ ſpecies ſunt, vina *Sopronienſia*, *Ruſtenſia*, *Razeldorfenſia*, *Nesmillinum*, *Waradinum*, *Oreschanum*.

Virtus. Hæc vina acidulo - dulceſcentia reſpectu vinorum Auſtriacorum, valde generoſa, analeptica, reficientia, diaphoretica & inebriantia ſunt. *Nesmillinum* vero magis diureticum, acidulum & pro potu menſuali ſaluberrimum eſt.

VINUM PORTUGALLICUM.

Vinum Portugallicum. Portwein.

Virtus. Vinum rubellum, acido - dulceſcens, ſubadſtringens, craſſum & generoſum.

VINA AUSTERIUSCULA.

Noſcuntur *ſapore* plus minus *adſtringente* & *colore rubro*.

Multum continent *tartari terrei*.

Virtus adſtringens, alvum conſtipans, ſanguinem exæſtuans, vaſa gravans, acidum generans, lar-

giori uſu exſiccans, & fluida inſpiſſans. *Conveniunt* tamen vina auſteriuſcula corporibus laxis, debilitatis, alvo laxa & atonia ventriculi laborantibus.

VINUM HUNGARICUM RUBRUM.

VINUM HUNGARICUM RUBRUM. Rother Ungariſcher Wein. Optimum eſt *Budenſe*, *Neoſtadienſe*, *Agrienſe* & *Sickſardienſe*.

VIRTUS. Hæc vina fragrantia, adſtringentia, acidula, gratiſſima ſunt.

VINUM GALLICUM RUBRUM.

VINUM GALLICUM RUBRUM ORDINARIUM. Rother Franzwein.

VIRTUS. Vinum ſubadſtringens, non nimis generoſum.

VINUM BURGUNDICUM.

VINUM BURGUNDICUM. Burgunderwein.

VIRTUS. Vinum gallicum, rubrum, valde ſpirituoſum, penetrabile, leniſſime adſtringens, ſtomachicum, generoſum, ſanguinem exæſtuans.

VINUM EREMITICUM.

VINUM EREMITICUM. Eremitager Wein.

VIRTUS. Vinum gallicum, ſubauſterum, ſaporem baccarum myrtilli referens, modice calefaciens, ventriculum roborans, ſalubre

VINUM BURDIGALENSE.

Vinum Burdigalense. Bourdeauerwein.

Virtus. Vinum in Aquitania naſcens, mite, minus generoſum quam præcedens, hinc potui quotidiano aptum.

VINUM PONTAC.

Vinum Pontac. Pontak.

Virtus. Vinum gallicum, ſubauſterum, adſtringens, vaſa gravans, alvum conſtipans.

VINUM GRAVIANUM.

Vinum Gravianum. Claret.

Virtus. Cum vino Pontac multum convenit.

VINA DULCIA.

Sunt vina quorum ſapor valde *dulcis* eſt.

Acidum multo oleo vel muco imprægnatum continent.

Virtus ſi ſimul ſpirituoſa ſunt, calefaciens, cardiaca, ſtomachica, diaphoretica, antemetica. *Conveniunt* ſenibus, hypochondriacis, podagricis, acido & ſtomachi debilitate laborantibus. *Nocent* plethoricis, ſanguineis, juvenibus. Habentur

1. *generoſa* ut hungarica, hyſpanica, inſolana, quæ durabilia & fortia ſunt.
2. *debilia* ut italica, tyrolenſia, gallica, hæc potius muſta cocta quam vina vocari me-

rentur, cum fermentationem vix paſſa facile corrumpuntur.

3. *dulcificata* ex ſaccharo, & uvis paſſis parata.

4. *Plumbata* nempe lithargyro dulceficata. *

VINUM TOKAJENSE.

VINUM TOKAJENSE. Tokayerwein. Vinum hungaricum in Comitatu *Zemplinienſi* ad oppidum *Tokay* proveniens. Sed præter *Tokay* ſeptem alia numerantur oppida, quorum vina generoſite Tokajenſi non cedunt, hinc per excellentiam Tokajenſia dicuntur, nempe vina locorum ſubmontanorum *Tartzal*, *Mad*, *Tallya*, *Szanto*, *Keresztur*, *Liſzka*, *Toltſua*. **

Genera vini Tokajenſis ſunt quatuor:

1. *ESSENTIA* die Eſſenz. Quæ ex uvis ſolis calore in ipſa vite ſiccatis & corrugatis ſua ſponte emanat. Hæc dulciſſima, maxime ſpirituoſa, oleoſa, ſpiſſiuſcula & pretioſiſſima eſt. Hinc magnatum menſas ſolummodo ornat & vinis aliis dulcificandis inſervit.

2. *VINUM PASSUM PRIMÆ NOTÆ.* Der Ausbruch. Quod ex uvis paſſis cum pauca quantitate muſti affuſa per lenem ex-

* V. WOLLIN *Verfälſchung des Weins mit Bleyglätte.* p. 26. inde nobilium colica pictorum.

** *Cel.* DOMBI *diſſ. de vino Tokaienſi.* 1758. *Trajecti ad Rhenum.*

preſſionem paratur. Minorem dulcedinem & fragrantiam quam eſſentia habet.

3. *VINUM PASSUM SECUNDÆ NOTÆ.* Der Maslaſch. Quod conficitur, ſi uvis prioribus iterum major muſti quantitas affunditur & dein fortius exprimitur. Dulcedo & fragrantia minor quam in priori ſpecie eſt.

4. *VINUM ORDINARIUM.* Gemeiner Wein. Quod ex uvis recentibus non ſiccatis more conſueto, ut aliud vinum paratur. Habetur rubrum & album, utrumque acidulum, vix dulceſcens, vulgare nec optimæ notæ vinum eſt. Vinum *apianum* dicitur, quod ex uvis recentibus, quæ odore & ſapore nucem muſcatam referunt, conficitur.

VIRTUS vini Tokajenſis cardiaca, ſtimulans, diaphoretica, ſtomachica, nervina, ob oleoſitatem nutriens. Dulcedinem ſuam præ aliis dulcibus Europæ vinis tardiſſime deponens, ætate longiſſima in apto loco gaudens. Hinc vinum inter hungarica per univerſam Europam celebratiſſimum, fragrantiſſimum, dulciſſimi ſaporis & gratiſſimi odoris.

USUS. Poſt alia vina ad prandii finem pauca quantitate ob fragrantiam convivis exhibetur.

VIRTUS *medicata.* In morbis a debilitate fibrum & nervorum ortis vel eadem ſtipatis exoptatas vires exſerit cardiacas, ut in cachexia, malo hy-

pochondriaco, dyſpepſia, lienteria, coeliaca, diarrhæa, flatulentia, in languore pannonico & nauſea hungarorum *Tsömör* dicta, in arthritide, podagra, in moleſtiis a ſenectute, in febrium intermittentium, nervoſarum, putridarum debilitate absque inflammatione, in reconvaleſcentia a morbis acutis.

VINUM S. GEORGII.

Vinum S. Georgii. Edenburger Ausbruch. S. Jörgen Ausbruch. In comitatu Poſonienſi ad urbem S. *Georgii.*

Virtus. Vino Tokajenſi non multo eſt inferius.

VINUM HISPANICUM ORDINARIUM.

Vinum hispanicum ordinarium. Gemeiner Spaniſcher Wein.

Virtus. Vinum tenue, aurei coloris, dulce cum pauca amaritie mixtum, delicatum. Laudatur in ventriculi & inteſtinorum debilitate, in paſſione hyſterica & hypochondriaca.

VINUM CAPENSE.

Vinum Capense. Kapwein. Ex promontorio capitis bonæ ſpei.

Virtus. Vinum rubrum, dulce, generoſum.

VINUM FRONTINIACUM.

VINUM FRONTINIACUM ſeu *LANGUEDOCIUM.* Frontiniak.

VIRTUS. Vinum dulce, ſaporis nonnihil moſcati, generoſum, album.

VINUM MALVATICUM.

VINUM MALVATICUM. Malvaſierwein. Ex *Candia.*

VIRTUS. Vinum clarum, ſaporis oleoſo-dulcis, coloris ambræ, delicatum, ſtomacho aptum.

VINUM MADERAICUM.

VINUM MADERAICUM. Maderawein. In Inſulis Canarienſibus ex uvis ſemiſiccis paratur.

VIRTUS prioris.

VINUM PALMÆ.

VINUM PALMÆ. Palm-Sek. In Inſulis Canarienſibus ex uvis ſemiſiccis & corrugatis paratur.

VIRTUS prioris.

VINUN MALACCENSE.

VINUM MALACCENSE. Malagawein.

VIRTUS. Vinum hiſpanicum dulce, ſubamarum, oleoſum, ſpiſſiuſculum, valde ſpirituoſum.

VINUM

VINUM XERÆ.

Vinum Xeræ. Xereſer Sec. Vinum hiſpanicum.

Virtus. Vinum dulcis ſaporis & grati, tenue, ſpirituoſum. Debilibus & reconvaleſcentibus commendatur.

VINUM ALICANTINUM.

Vinum Alicantinum ſeu *Illicitanum.* Alikantenwein. Vinum hiſpanicum.

Virtus. Vinum rubrum, ſpiſſiuſculum, ſaporis dulcis, ſubnauſeoſi; tartarum ad lagenarum latera deponit; laudatur in ventriculi imbecillitate, ac in vermibus.

VINUM LACHRYMA CHRISTI.

Vinum Lachryma Christi. Lachrima Chriſti. Vinum italicum. Ad Veſuvii radicem creſcens.

Virtus. Ex vinis Italicis præſtantiſſimum, rubrum, maxime ſpirituoſum, caput facile tentans.

VINUM GRÆCUM DI SOMMA.

Vinum græcum di Somma. Veſuvius-wein. Vinum italicum. In Veſuvii cacumine naſcens.

Virtus. Vinum pingue, aurei coloris, ſaporis acriuſculi, dulcis, caput facile tentans. Hoc & præcedens vinum ſuavius fit, cum ad exteras regiones tranſuehitur.

VINUM MONTIS PULICIANI.

Vinum montis Puliciani. Montipuliſcianer.

Virtus. Vinum italicum, rubrum, generoſum.

VINUM TYROLENSE.

Vinum Tyrolense. Tyrollerwein.

Virtus. Vina Tyrolenſia ſatis quidem grata, ſed non durabilia ſunt.

VINUM TINTO.

Vinum Tinto. Tintowein.

Virtus. Vinum hiſpanicum, profunde rubrum, dulcamaricans.

VINUM MUSCATELLINUM.

Vinum Muscatellinum. Muscatellerwein.

Virtus. Vinum italicum, tenue, flaveſcens, ſuave, mitioris indolis.

VINA ACIDA.

Noſcuntur *ſapore acido.*

Multo tartaro ſunt impraegnata.

Virtus. Ventriculum acido, ſanguinem muco acidoterreo inquinant, hinc ſtrumas, viſcerum obſtructiones, calculum, arthritidem, podagram, pruritum, exanthema facici generant. Ad con-

diendos cibos, coquenda juſcula & conficiendam muſtardam ſolum adhiberi deberent. *

VINUM CASSOVIENSE.

Vinum Cassoviense. Caſchauerwein.

Virtus. Vinum hungaricum, acidum, acerbiuſculum, vile.

VINA BOHEMICA.

Vina Bohemica. Böhmiſche Weine.

Virtus. Hæc utplurimum acida, & terreſtria ſunt, nec ætatem ferunt. Optimum ex his adhuc eſt *Vinum ad Melnik & Auſſig.*

VINA SAXONICA.

Vina saxonica. Sächſiſche Weine.

Virtus præcedentium.

VINA SILESIACA.

Vina silesiaca. Schleſiſche Weine.

Virtus præcedentium.

VINA LUSATICA.

Vina lusatica. Elſaßer Weine.

Virtus præcedentium.

VINA HELVETICA.

Vina Helvetica. Schweizer Weine.

Virtus acido - ſpirituoſa.

---

* *Cel.* Zuckert *materia alimentaria.* p. 350.

VINA MARCHICA.

Vina Marchica. Mark-Weine.

Virtus. Vix ad potum ſed utplurimum ad cibos & jura vinoſa coquenda, atque ad conficiendam muſtardam adhibentur.

SPIRITUS VINOSI.

Liquidum inflammabile, aquæ miſcibile, volatile, fragrans, ex fermentatione ſpiritnoſa ſucci uvarum vel aliorum vegetabilium natum & deſtillatione elicitum, *ſpiritus vini* vocatur.

E ſpiritu vini cum vegetabili quodam aromatico deſtillato parantur varii liquores ſpirituoſi, ut ſpiritus *cumini, carvi, melliſſæ, abſynthii, juniperi, nucleorum perſici.* &c.

Hi ſpiritus *ſyrupo* edulcorati *Roſolia* dicuntur; hæc varie colorata vario ſub nomine divenduntur.

SPIRITUS VINI.

Eſt ſpiritus ex fœcibus vini deſtillatus. Weinbrandwein.

Odorem habet fragrantem, ſpirituoſum, peculiarem; Saporem acrem, urentem.

Virtus eſt calefaciens, roborans, exhilarans, antiſeptica, appetitum cibi creans, carminativa.

Usus. Hypochondriacis & hyſtericis debilitate nervoſa ventriculi laborantibus, quibus vinum acorem,

& cereviſia pituitam flatusque moleſtos creat, ſpiritus vini multa aqua dilutus convenit. * In calidioribus regionibus vires ſudoribus exhauſtas mirifice reſarcit. ** Etiam in febre nervoſa & putrida ingentem debilitatem corrigit. Anorexiam & flatulentiam a primarum viarum atonia ortam ſanat. Iſchuriam a potu cereviſiæ aceſcentis ſolvit.

Abuſus. Immodica ingurgitatio ſtupefacit, inebriat, ardorem & lentorem humorum phlogiſticum inducit, morbos inflammatorios, viſcerum & glandularum obſtructiones, nervorum debilitatem, tremorem, phtyſim, icterum, hecticam, hydropem cauſat. Quandoque flamma e ventriculo eructatur, aut incendium corporis oritur. Spiritus vini ex alembico cupreo deſtillatus cuprum continet, *** vide *Toxicologiam.*

SPIRITUS FRUMENTI.

Ex *hordeo* vel *ſecali* aut utroque ſimul mixto & fermentato in locis ubi nulla viticultura eſt, deſtillatur. Kornbrandwein.

---

* *Cel.* WHYTT l. c. p. 641.

** *Ill.* ZIMMERMANN *von der Erfahrung* T. 2. pag. 318.

*** *Cel.* PLOUQUET *Warnung an das Publikum für einem in manchen Branteweinen enthaltenen Gift, ſamt den Mitteln es zu entdecken und auszuſcheiden.* *Tübingen* 1780.

Odor & Sapor ſpirituoſus at valde ſimul empyreumaticus nauſeoſus & ſpiritu vini multo debilior, aquoſior.

SPIRITUS PRUNORUM.

Spiritus ex fermentato ſucco *prunorum* deſtillatus. Zwetſchenbrandwein.

Virtus, ſapor gratior quam præcedentis.

SPIRITUS CERASORUM.

Spiritus ex fermentato ſucco *ceraſorum* deſtillatus. Kirſchbrandwein.

Virtus. Sapor gratior adhuc præcedentis.

SPIRITUS SACCHARI ſeu TAFFIA.

Ex ſucco *arundinis ſachariferæ* fermentato ab Americanis paratur. Zuckerbrandwein, qui ex ſyrupo ſaccharino paratur empyreuma habet & acrimoniam ac Taffia. Rum dicitur.

Virtus urentem habet acritatem, hinc ab Anglis ad conficiendam limonadam ſpirituoſam *Punch* dictam ſolummodo adhibetur. Taffia etiam antipodagrica eſſe cenſetur.

SPIRITUS ORYZÆ.

Spiritus ex *oryza* deſtillatus. Reißbrandwein. Arack. Rack.

Virtus præcedentis.

SPIRITUS LACTIS.

Spiritus ex lacte equino fermentato paratus. Pferdmilchbrandwein.

VIRTUS præcedentis. *Tartari* & *Indi* hoc ſpiritu utuntur.

DE LACTE GENERATIM.

Liquor e mammis animalium emulſus, vix odorus, dulcis ſapore, albus colore, ſpiſſiuſculus conſiſtentia, *lac animale* vocatur.

Hic liquor ſua ſponte in *cremorem*, *ſerum* & *caſeum* ſecedit, qui ſeceſſus calore adjectisque ſalibus præſertim acidis acceleratur; ſaccharo contra & bullitu cavetur. *

Differt inter ſemet lac pro vario animalis, unde emulgetur, genere, nec non in eodem etiam genere lac pro ſingulorum animalium ætate, vitæ genere, pabulo, ** diſtantia a partu, tempore quo emulgetur, differt.

Lac quod cæruleſcit, aut flaveſcit, ſaporem aut odorem alienum prodit, cujusque guttula ungui inſtillata nimis cito aut nimis tarde defluit, rejiciatur.

USUS. Lac ſimul eſt eſculentum & potulentum, quo ſolo non ſolum animalia neunata ſed etiam multæ olim vixerunt gentes.

* *Ill.* SPIELLMANN *pharmacopoea generalis*. p. 128.

** Purgans fit lac caprinum a ſcamonio, allium a vaccis devoratum lacti ſuum odorem & ſaporem communicat.

LAC HUMANNUM.

Eſt lac e mammis mulieris emulſum. Frauenmilch.

Virtus. Habet lac humanum longe majorem copiam ſeri & aeris fixi, atque longe minorem copiam cremoris & caſei, quam lac vaccinum vel aliud quodcunque animale. Neque ab acidis vegetabilibus aut animalibus (excepto acido ventriculi) coagulatur. * Eſt magis nutriens & reficiens, quam lac animale.

Usus. Eſt primarium & optimum neonatorum alimentum, cui tenellus infans jam in utero ſuæ matris adſuevit, hinc lac propriæ matris præſtantius quam conductæ nutricis eſt, ut experientia docuit.

Eſt denique lac efficax medicina in tabe & phthyſi hominum adultorum.

Doſis. Oportet autem, ut ægrotus lac ex ipſius nutricis mammis ſugat, aut in vas emulſum illico bibatur, ne ſubtiliſſimus exhalans ex lacte recens mulcto & adhuc calido ros (quod liquidi nervorum magna copia mammas adeuntium forſan particeps eſt) exhalet.

Coloſtrum ſeu ſeroſus primo poſt partum tempore e mammis exſtillans liquor laxante ſua virtute *meconium* ex inteſtinis neonatorum optime expellit. Si vero hoc coloſtrum diu in mammis ſtagnavit, tunc potius extrahatur & neonato non præbeatur, nam ſtagnando adeo quandoque acre

---

* *Cel.* Bergius *mat. med.* T. I. p. 164.

evadit, ut peſſima tormina & convulſiones excitare valeat. *

Debet vero lac eſſe fæminæ ſanæ, quæ ſalubri motu corpus exercet & victu laudabili mixto ſeu vegeto-animali utitur & integro ætatis flore viget. Omnium optime ſi 4 vel 5 poſt paſtum horis lac ducatur.

LAC VACCINUM.

Lac ex uberibus vaccæ emulſum. Kuhmilch.

ODOR vix ullus; SAPOR dulcis, gratus, proprius. *Indoles* vegeto-animalis, ex cremore pingui, ſero ſacchariſero & caſeo glutinoſo conſtans. Facillime aceſcit, lacte humano ſpiſſius, cremore & caſeo plenius eſt.

VIRTUS nutriens, fibras emolliens, relaxans, irritabilitatem & ſenſilitatem vi butyracea obtundendo nervos minuens, motum ſanguinis contemperans, acrimoniam obtundens, putredini reſiſtens.

USUS. Tabes, phthyſis, ** podagra, arthritis, dyſenteria, ulcera interna, cancer præſertim uteri, necroſis, catharrhus, ſcorbutus, corpora a lue venerea fere putrida, ſalivatione exhauſta ſola *diæta alba* ſeu *lactea* curata vel ſaltem multum emendata fuere, in aſſumpto veneno, in dyſu-

---

* *Cl.* STEIN *Beſchreib. einer Bruſt oder Milchpumpe* p. 11.

** *Cel.* SYDENHAM in lacte & equo ſpem curationis poſuit.

ria a cantharidibus, in morbis mere nervoſis, ut in hyſteria &c. laudatur.

Incommoda. Non convenit lac vini potatoribus, acido ventriculi aut ſabura bilioſa primarum viarum laborantibus, quibus fibra debilis & laxa eſt. Lac vehementer appetitum minuit, ſaporem ingratum & ſitim in faucibus & fatuam quamdam ſenſationem in ventriculo relinquit, quia vi butyracea vaſcula humorem oris eructantia paulum obturat & eadem nervos ventriculi obtundit. Poteſt etiam in ventriculo in coagula abire, quæ pyloro impacta funeſtas civere convulſiones. *

Debilitat denique adultum hominem, ut omnis vegetabilis victus ſolet, ventriculum obtundit, alvum quibusdam nimis ſolvit, aliis nimis ſiccat.

Hæc ut vitarent medici, vaccino lacti aſininum ſubſtituerunt, quod tenuius eſt & alvum ducit; Alii aquam mineralem aliquam admiſcuerunt, in qua ſit modicum ſalis lixivioſi vel terræ abſorbentis.

Doſis. Diætæ *lacteæ.* ℔j mane & ℔ß a meridie dari poteſt. Pro prandio cibi cum lacte parati exhibentur.

Si lac vaccinum alvum obſtipat, tunc ℥j ſacchari lactis ℔j addatur. Si acidum in ventriculo generetur, tunc blandum obſorbens detur.

Aquarum ſelteranarum ℔j cum ℔ß lactis miſcea-

---

* *Ill.* VAN SWIETEN *Com.* T. IV. p. 686.

tur. Alii decoctum hordei lacti loco ſelteranæ aquæ admiſcent.

LAC CAPRILLUM.

Lac ex uberibus *Capræ.* Ziegenmilch ſeu Geismilch.

INDOLES. Aſinino & equino copioſiorem cremorem, at minus caſei, qui vaccino tenerior eſt, vehit. Ejus ſerum poſt ovillum minus oleoſum eſt.

Cum aqua ſelterana vel alia minerali dilutum exhibetur tabidis, quibus aliud lac alvum nimis laxat.

VIRTUS valde nutriens, obvolvens, conſtipans.

LAC OVILLUM.

Lac ex uberibus *Ovis.* Schaafmilch.

IODOLES. Eſt ex omnibus lactis ſpeciebus maxime caſeoſum & cremoraceum. Minime ex omnibus ſeroſum.

VIRTUS. Valde nutriens, conſtipans. At qui corpori æſtate nimis calenti hoc lac crudum ingurgitant, vomitu, cardialgia & febre quandoque corripiuntur. *

LAC ASININUM.

Lac ex uberibus. *aſinæ.* Eſelmilch.

INDOLES. Eſt lac maxime ſeroſum, pauciſſimum cremorem & caſeum habet.

* *Cel.* ZUKERT *mat. aliment.* p. 151.

VIRTUS nutriens, diluens, ſolvens, eccoprotica, & diuretica.

USUS. Ob tenuitatem ſuam ad humores acres edulcorandos, hecticis, arthriticis, rheumaticis, ſcorbuticis longe convenientius eſt quam aliud lac animale.

SERUM LACTIS.

Eſt lactis pars aquoſa ſaccharum lactis continens, a caſeo ſeparata. Molken.

SPECIES habetur duplex:

1. *DULCE*, quod dulceſcente gaudet ſapore & ope coaguli *Lab* dicti paratur.
2. *ACIDULUM*, quod acidulum habet ſaporem & ſua ſponte vel ope ſucci citri, aceti vel cremoris tartari a parte caſeoſa ſeparatum fuit.

VIRTUS eſt diluens, minus quam lac nutriens, demulcens, relaxans, eccoprotica.

USUS. Incolarum *Islandiæ* eſt quotidianum potulentum.

POTULENTIA DULCIA.

Potulenta, quæ dulcem habent ſaporem, ſunt.

MUSTUM.

Eſt ſuccus ex uvis *VITIS viniferæ L.* expreſſus, nondum fermentatus. Moſt.

Odor lenis; Sapor dulciſſimus.

Virtus nutriens, at ob copioſum aerem fixum extricatum ventriculum & inteſtina inflans, ructus, flatus, quandoque choleram, diarrhœam & capitis dolorem procreans; ſaburram pituitoſam relinquens.

Usus. Vindemiarum tempore bibi ſolet. In regionibus calidis, ubi muſtum facile in fermentationem abit, coquitur, & *Vinum coctum* audit. Muſtum denique ad parandam *Muſtardam* & *Sapam* noſtris culinis inſervit. V. *Sapa.*

VINUM ABSYNTHIACUM.

Eſt muſtum cum herba abſynthii & aliis plantis amaris conditum ac ſubfermentans. Wermuthwein.

Odor aliquantum vinoſus; Sapor dulcamarus, gratiſſimus, ſapidiſſimus.

Virtus. Muſto minus ventrem inflat, amarore roborat.

Usus. Finitis vindemiis, donec muſtum ſimplex vineſcit, bibi ſolet.

VINUM POMACEUM.

Eſt vinum ex ſucco pomorum, pyrorum vel aliorum fructuum fermentato paratum. Obſtwein. Aepfelwein. *Cidera.*

Odor vinoſus; Sapor acidulo - dulcis. *Color* ruber vel flavus aquæ inſtar limpidus. Pomaceum e pomis auſteris diu ſe ſervat, e pomis dulcibus vero paratum brevi corrumpitur.

VIRTUS. Recens pomaceum ut & nimis vetuſtum non valet, optimum eſt quod in media ætate conſtitutum. Hoc eſt nutriens, urinam movens, ſitim bene ſedans, bilis fervorem temperans. Majori copia inebrians & ventrem inflans.

USUS. In regionibus, quibus vitis vinifera vel pauca eſt, vel non matura fit, vinum eſt conſuetum.

Abuſus, ob vim diureticam maciem & diabeten quandoque inducit.

VINUM CERASIACUM.

Vinum ex ceraſorum nigrorum ſucco expreſſo, aqua frigida diluto & dein fermentato. Weichſelwein.

ODOR vinoſus; SAPOR gratus, acidulus. *Color* ruber. Succus ceraſorum ſponte quidem fermentat, ſed ſi ſaccharum addatur vinum magis ſpirituoſum enaſcitur. *

VIRTUS pomacei.

USUS. In Suecia potus conſuetus. Noſtis in regionibus vinum ceraſiacum *extemporaneum* ex vino rubro bono, cum ſyrupo ceraſorum nigrorum dulcificato, additis aromatibus præſertim vanilla cum ſaccharo trita, confici ſolet.

HIDROMEL.

Eſt potus ex melle cum aqua fermentato. Meth.

ODOR vinoſus; SAPOR dulciſſimus, vetuſtate vinoſus. *Color* aurantius.

* *Ill.* BERGIUS *mat. med.* p. 404.

Virtus nutriens, facile inebrians, ventrem inflans, ſtimulans.

Usus. Exhibet potum regionibus vino deſtitutis familiarem.

LIMONADA.

Eſt potus ex aqua, ſucco citri & oeleoſaccharo flavedinis citri confectus. Limonade.

Odor flavedinis citri; Sapor acido-dulcis, gratiſſimus.

Virtus refrigerans, æſtum & bilem temperans, putredini reſiſtens, corpus tempore æſtivo grate reficiens.

Usus in calidis regionibus quotidianus; nobis in æſtate conſuetus eſt potus; etiam febricitantibus & ſcorbuticis ſaluberrimus.

Nonnullis limonada ſtranguriam, ſpirituoſis vero facile compeſcendam inducit.

LAC AMYGDALINUM.

Eſt potus lacti analogus, qui ex amygdalis dulcibus cum aqua tritis & per linteum preſſis conficitur, atque ſaccharo dulcificatur. Mandelmilch.

Odor nullus; Sapor dulceſcens, lacteus. Augetur gratia ſaporis, ſi amygdalis dulcibus ſimul aliquot amygdalæ amaræ addantur.

Virtus nutriens, refrigerans, oleo obvolvens, obtundens.

Usus. Tempore æſtivo potum refrigerantem exhibet gratum.

Abuſus ventriculo ob oleum obtundens & relaxans eſt noxius.

SUCCUS BETULÆ.

Eſt ſuccus, qui tempore vernali ex trunco *BETULÆ albæ L.* terebra efforato ſtillat. Birkenſaft.

ODOR nullus; SAPOR leviter dulceſcens; *Color* lympidus inſtar aquæ. Non perit arbor ex ſtillicidio lymphæ, ſed perdit ut quidam ſtatuunt, annum integrum de ſua increſcentia.

Arbores ſauciatæ pergunt lympham ſtillatim fundere, quoad folia proruperunt.

VIRTUS diluens, antiſcorbutica, anthelminthica, diuretica.

USUS. Quidam ad depurandum ſanguinem ſuccum betulæ bibunt recentem. Lympha addito ſaccharo & fermento ſubit fermentationem vinoſam, abitque in potum ſub calore æſtivo gratiſſimum & aere fixo abundantem adeo, ut inſtar vini campani efferveſcat. *

POTULENTA CALIDA.

Sunt potulenta, quæ calida ſorbilari vel bibi ſolent. Conſuetudo aquam impuram coctione clariorem reddendi calidis potibus anſam dediſſe videtur.

* *Ill.* BERGIUS *m. m.* p. 729.

AQUA TEPIDA.

Eſt aqua per calorem vel ignem tepefacta. Laues Waſſer.

ODOR nullus; SAPOR fatuus, nauſeoſus.

VIRTUS nauſeam & emeſim movens, ventriculum relaxans.

USUS. Solum pro vomitu ciendo adhibetur.

THEA VIRIDIS.

THEA viridis L. Grüner Thee.

ODOR foliorum gratus, narcoticus, fragrantior quam Theæ boheæ. SAPOR grate acerbus, odori congruus.

VIRTUS foliorum recentium diuretica, narcotica. Folia ob odorem narcoticum toſtione ſiccantur & ante annum elapſum pro uſu non adhibentur.

USUS pro parando infuſo Theæ, quod eſt aqua calida ſucco herbæ impraegnata, quæ cum ſaccharo ſaporis gratia & quandoque cum lacte bibitur.

Thea viridis magis quam Bohea nocet imbecillitate ſyſtematis nervoſi laborantibus.

THEA BOHEA.

THEA bohea L. Theebu ſeu Brauner Thee. *Thea chinenſis.*

Colitur hic frutex in China & folia ejus paullo ante medium ſæculi XVI. Europæis innotuere, & nondum finito ſæculo jam per totam Europam increbuit illorum uſus.

Odor foliorum *recentium* narcoticus, virulentus, *ſiccatorum* vero gratus. Sapor amaricans, acerbus, non ingratus tamen. Folia recentia ob odorem virulentum torrentur & ante annum pro uſu in China non adhibentur.

Virtus foliorum recentium virulenta, narcotica, * ſiccatorum corroborans, diuretica.

Usus pro parando infuſo Theæ, quod eſt diureticum & leniter diaphoreticum. Hinc ſanis & ægrotis potus eſt conſuetus. Convenit ſomnolentis, obeſis, calculoſis. Sitim exſtinguit, ventriculi guloſorum ſaburram eluit, ſanguinem a ſordibus depurat, hinc ſcorbuticis vel alia acrimonia ſanguinis laborantibus prodeſt, quatenus urinam pellit, renes a ſabulo liberat. Absque ſaccharo & lacte commendatur in ſomnolentia & polyſarcia, cum lacte in diarrhœa & in macie.

Abuſus. Qui infuſo hocce abutuntur, pallidi, tremuli, inſomnes redduntur, atque debilitate ſto-

---

* *Cel.* Lettsom *diſſ. ſiſtens obſervationes ad vires theæ pertinentes. Lugd. Batav.* 1769. Aquam ſtillatitiam theæ boheæ nervis iſchiadicis ranæ denudatis & cavitati abdominis applicuit, unde extremitates poſteriores intra dimidium horæ prorſus paralyticæ & inſenſiles fiebant, & poſt horam exſpiravit rana. Id vero non accidebat ab extracto theæ injecto. Unde concludit author, fragrantiam theæ nocere, dum largiori quantitate hauritur.

machi & languido ventre laborant. * Hinc nocet debilibus & ventriculi imbecillitate laborantibus, præſertim hyſtericis & hypochondriacis. A nimio Theæ uſu ventriculus debilitatur, dentes corrumpuntur, borborygmi, anorexia, cachexia, hydrops, leucorrhæa inducitur. Chinenſes Theam noxiam pronuntiant in ophthalmiis, in colica & in paralyſi.

Succedanea, quæ Theæ loco commode ſubſtitui poſſent, adhuc nulla placuerunt. *Veronica*, *Myrica Gale*, folia *acaciæ*, *origani vulgaris*, *rubi arctici*, *Chenopodium ambroſioides*, *Apalachine* americannorum nullo modo ſaporis excellentia Theæ ſunt æquiparanda.

COFFEA.

Coffea arabica L. Coffe.

Odor ſeminum crudorum debiliſſimus; Sapor ſubamaricans. Semina vero *uſtulata* odorem fragrantem, gratum, penetrantem, præcipue ſi recentiſſime uſtulata ſint, ſpargunt. *Saporem* habent amaricantem, odori congruum.

Semina Coffeæ arabicæ ſapidiora ſunt & diutius ſe conſervant, quam ſemina Coffeæ americanæ.

Usus. Potus Coffeæ medio circiter ſæculo XVII. increbuit. Mane, poſt prandium & pro merenda a multis hominibus bibitur.

Virtus. Semina uſtulatione redduntur ſubempyreumatica, hinc motum ſanguinis accelerant, cale-

* *Ill.* Haller *Element. Phyſiol.* T. VI. p. 242.

faciunt, ſtimulant, exſiccant, attenuant, ſtomachum roborant, urinam movent, vermes & flatus pellunt. Mane bibitus potus alvum blande ſolvit, erigit animum triſtem, quibus vigilandi neceſſitas pro lucubratione vel alia re eſt, ſomnum diſpellit. Saturatior mox poſt paſtum ſine lacte ſumptus potus digeſtionem ciborum adjuvat. Nam putredinem carnis & fermentationem retardat Coffea. * Tranſpirationem & urinam movet, motum vitalem ſanguinis auget.

Doſis. Pulveris circiter ſeſquiuncia libris duabus aquæ coctæ miſcetur, ignique imponitur & poſtquam hæc bis, terue una ebulliverint, ab igne auferuntur. Quidam raſura cornu cervi decoctum reddunt clarum, ſed hoc gelatinoſum additamentum vim & gratiam potus labefactat. Alii frigidam aquam affundunt, alii vas ab igne deſumptum linteo frigido involvere ſolent, ut decoctum clarificetur.

Arabes & reliquæ gentes orientales coffeam absque ſaccharo ſorbent, Europæi autem ſacchari & plerumque etiam lactis vel ejus cremoris connubium deſiderant.

Vis medicata. Cephalalgiam ex ventriculi debilitate ** vel tranſpiratione ſuppreſſa ortam ſæpe diſcutit, urinam movendo ſabulum expellit. Diarrhæam

---

* *Cel.* PERCIVAL *Eſſayſ.* Vol. 2. p. 712

** *Ill.* BERGIUS *m. m.* p. 112. Novit feminam, quæ a 20 annis quovis mane evigilavit cum cephalalgia, tantiſper ingraveſcente, donec potum Coffeæ hauſiſſet, ex quo per totum diem levatam ſe ſenſit.

chronicam quandoque ſanat, ut & febrem intermittentem, ſi ſaturatiſſimum decoctum cum ſucci citri æquali quantitate mixtum apyrexiæ tempore jejuno ventriculo aſſumatur. * Imminuit vim opii & aliorum narcoticorum. **

Vis noxia. Abuſus ſaturatioris & nimis ſæpe aſſumpti potus ob oleum empyreumaticum, ſuo ſtimulo calorem, anxietatem, cordis palpitationem & pervigilium, præſertim in hominibus imbecilli ſyſtemate nervoſo laborantibus, excitat. Exceſſus vero cephalalgiam, vertiginem, tremorem artuum, puſillanimitatem, exanthemata faciei, debilitatem viſus, paralyſim, diathesim ad apoplexiam parit. Hyſtericum & hypochondriacum malum, menſtrua copioſiora & ultra ætatem durantia, atque hæmorrhoidales affectus gignit & auget, macilentiam & impotentiam virilem cauſat. Febrientibus igitur, plethoricis, cholericis, emaciatis, hæmoptoicis, hyſtericis non convenit.

Non omnis tamen noxa ab oleo empyreumatico ſeminum coffeæ eſt, partem culpæ fert *aqua* calida, ventriculum & nervos relaxans; *ſaccharum* acido generando favens, *lac* vel quod pejus *cremor lactis*, qui oleo relaxat fibras & fluorem album cauſare cenſetur. ***

---

* *Ill.* Murray *l. c.* p. 397.

** Arabes, qui abuſu opii & confectione Benges ſomnolenti & depreſſi evadunt, ſolo Coffeæ potu eriguntur. D'Arvieux voyage dans la *Paleſtine*. p. 196.

*** *Ill.* Murray *l. c.* p. 395.

Succedanea, quæ Coffeæ tam pretii cauſa, quam moleſtiarum, quas ex potu percipi credunt, ſubſtituere conabantur, nullo modo votis reſpondent. Horum e tribu erant *panis ſecalinus toſtus, hordeum* vel *ſecale toſtum*, *radix cichorei* vel *ſcorzoneræ toſta*, *ſemina helianthi annui*, *fabæ vulgaris minoris* &c.

CHOCOLATA.

Eſt potus ex aqua vel lacte, in pacta ex quo butyro Cacao, Vanilla & ſaccharo incoctum eſt. Schocolade.

Odor gratus vanillæ; Sapor blandus, dulcis, aromaticus, ſuboleoſus.

Virtus nutriens, eccoprotica, emolliens, parum calefaciens, impinguans, acres humores involvens, fibras ſiccas humectans.

Usus. Pro jentaculo, aut merenda bibitur. Americanis & hiſpanis ordinarium alimentum eſt, qui chocolatam ſæpius de die ut Batavi Theam & Coffeam bibunt.

Virtus medicata convenit in atrophia, maraſmo ſenili, tabe ſine febre hectica tamen, in malo hypochondriaco, ** in hæmorrhoidibus cæcis & apertis. ***

** *Cel.* Behrens *Select. Diætet.* p. 291. Nota eſt hiſtoria Cardinalis a Richelieu, ſupremi Galliæ ſtatus miniſtri, orbis, dum viveret, Directoris, qui hypochondriaco detentus morbo, poſtquam omnia incaſſum expertus eſſet auxilia medica, tandem Chocolatæ potu priſtinam recuperavit valetudinem.

*** *Ill.* Linnæus in *amœnitat. academic.* Vol. VI. p. 263

LIMONADA SPIRITUOSA ſeu POLOPUNTIA.

Eſt aqua calida ſucco citri, ſaccharo & ſpiritu ſacchari impraegnata. Puntſch.

Odor gratus, ſpirituoſus; Sapor acido-dulcis, ſpirituoſus.

Virtus ſudorifera, cito & leviter inebrians, at inebriatione cito iterum evaneſcente, cum vis ſpiritus ardentis ab acido & copioſa aqua frangatur.

Usus. Frequens & conſuetus in Anglia potus.

In morbis a tranſpiratione ſuppreſſa natis eſt egregium ſudoriferum.

JUS CARNIS BUBULÆ.

Eſt aqua carnis bubulæ gelatina & pauco oleo per coctionem extracto impraegnata. Rindfleiſch-Brühe.

Odor & Sapor peculiaris, non ingratus.

---

dicit: juvenis literatus, quem ita per novem annos conquaſſaverant cæcæ *hæmorrhoides*, ut unicam ſperaret mortem medicinam, ſolo potu Chocolatæ per annum continuato perfecte curatus fuit. Etiam dicit, ſe plures noviſſe fœminas, quæ ex vita ſedenteria & immoderato Coffeæ uſu hæmorrhoidariæ tandem potu chocolatæ ſanatæ fuerint.

Virtus gelatinoſo-oleoſa, valde nutriens, diluens. Prima juſculi degeneratio eſt *aceſcens*, ſecunda *putreſcens*.

Usus. Initium prandii & cænæ plurimis in regionibus cum jure, cui panis ſecalinus vel triticeus, aut cibi farinacei, aut cerealia incoquuntur, fieri ſolet. Hæc incocta vim putreſcentem gelatinæ juris impedire ſolent, hinc talia jura non ſolum ſanis ſed etiam ægrotis & acute decumbentibus conveniunt.

JUS CARNIS VITULINÆ.

Jus ex carne vitulina paratum. Kalbfleiſch-Brühe. Eſt jure bubulo minus gelatinoſum, magis mucoſum, facilius & citius æſtate aceſcens.

Virtus gelatinoſo-mucilaginea, hinc nutriens & involvens: hinc lixivium cauſticum calculoſis in jure vitulino datur: hinc in hauſto veneno commendatur.

JUS CARNIS VERVECINÆ.

Jus ex carne vervecina paratum. Hamel-Brühe.

Virtus, eſt valde glutinoſum & pingue, hinc digeſtu difficile.

Pedum vervecinorum, qui valde glutinoſi ſunt, decoctum in morbis, ubi acre inteſtinis ineſt, ſcopo obvolvendi ano injicitur.

JUS GALLINACEUM.

Jus ex carne gallinæ vel galli ſenioris paratum. Hünerbrühe.

ODOR & SAPOR gratiſſimus.

VIRTUS valde nutriens, ſapida, analeptica, & roborans ſine ſtimulo.

Lac pulli eſt jus carnis cujuscunque, in quo ovi vitellus ſolutus.

JUS TESTUDINUM.

Jus ex carne teſtudinum paratum. Schildkrötenbrühe.

VIRTUS nutriens, obvolvens, antiſcorbutica, antihectica. Vide *Teſtudo vulgaris*.

Doſis. Una teſtudo, rejectis capite & pedibus ex aquæ ℔ij ad remanentiam ℔j coquitur & pro una doſi exhibetur.

JUS RANARUM.

Jus ex carne ranarum paratum. Frösch-Brühe.

VIRTUS nutriens, parum gelatinoſa. Scopo medicato jura ex femoribus ranarum, & variis vegetabilibus cocta, phthiſicis, hecticis & morbo cutaneo laborantibus ſuadetur.

Doſis. 6 vel 8 paria femorum cum carne vitulina cum ℔iij aquæ ad remanentiam ℔j decoquuntur.

JUS COCHLEARUM.

Jus e cochleis paratum. Schnecken-Brühe.

VIRTUS nutriens, viſcida, humores acres obvolvens, demulcens, hinc tuſſientibus & hecticis non ſine ſucceſſu ſuadetur.

Doſis. Scopo medicato 8 vel 10 cochleæ cum ℔j aquæ coquuntur.

JUS CANCRORUM.

Jus e cancris excoctum. Krebs-Brühe.

VIRTUS nutriens, parum gelatinoſa, alcaleſcens.

USUS. Jura cancrorum debilibus, hecticis, vitiis cutaneis, melancholia aut ſcorbuto laborantibus ſcopo medicato dantur. *

JUS PISCIUM.

Jus e carne piſcium paratum. Fiſch-Brühe. *Cyprinus Tinca* in hunc uſum frequens adhibetur.

VIRTUS gelatinoſo-alcaleſcens, diluens, nutriens.

USUS. Tempore jejunii loco juris bubuli menſis apponitur.

JUS VIPERINUM.

Jus e carne viperæ paratum. Vipern-Brühe.

VIRTUS eſt gelatinoſa & valde alcalina, hinc reſolvens, antacida, ſudorifera.

USUS. Scopo medicato in paralyſi, in morbis ab acido ſpontaneo, in morbis cutaneis, in plica polonica ** datur.

---

* *Cel.* SPIELMANN *inſt. m. m.* p. 178.

** GABRIEL *de plica pol.* p. 103.

Doſis. Vipera, cujus cauda & caput abjicitur, in fruſta ſecta cum juris pulli ℔ij ad remanentiam ℔j coquitur. Colatura mane aſſumitur & uſus per tres ſeptimanas continuatur.

JUS CONSUMMATUM.

Jus e carnium una vel pluribus ſpeciebus paratum & in gelatinæ conſiſtentiam fere concentratum. Kraftbrühe.

VIRTUS. Valde nutriens, hinc debilibus exhauſtis conveniens. Sed non in alia debilitate, nam *jura*, in quibus gelatina valde *concentrata*, in morbis putridis, febribus inflammatoriis & præſente plethora aut obeſitate nocent; ſtimulum enim inflammatorium, putredinem, febrem, plethoram & pinguedinem inferunt.

JUS E VINO CALIDO.

Eſt vinum cum ovi vitello & ſaccharo coctum. Weinſuppe.

VIRTUS. Calefaciens, ſudorifera: cum vero partes ſpirituoſæ coctione multum imminuantur, hinc tale vinum in ventriculo facile aceſcit.

USUS. Pro jentaculo hyemali a multis aſſumitur.

JUS EX CEREVISIA CALIDA.

Eſt cereviſia cum ovi vitello & ſaccharo vel melle cocta. Bierſuppe.

VIRTUS calefaciens, ſudorifera, nutriens, at facile in ventriculo aceſcens.

USUS. Pro jentaculo & in catarrhis laudatur.

JUS E LACTE CALIDO.

Lac cum vel ſine ſaccharo & vitello coctum. Milch-ſuppe.

Virtus nutriens, emolliens. Lac coctura difficilius aceſcit, at digeſtu eſt difficilius & minus reficiens quam lac recens.

INDEX.

A.

Pag.

Abelmoſchi ſemina....351
Abies....164
Abſynthium....254
Acacia....133
Acanthias....272
Acetoſa....74
Acetoſella....74
Acetum....298. 299
Acus....273
Aeglefinus....262
Aer fixus....347
Agaricus....82
——— muſcarius....359
Agnus....202
Alauda arborea....223
——— arvenſis....223
——— calandra....224
——— campeſtris....224
——— criſpa....224
——— pratenſis....223
——— ſpinoleta....224
Albula....252
Albumen ovi....319
Alburnus....254. 277
Alces....209
Alga ſacchariſera....171
Alliaria....358
Allium....324. 325. 326
Aloſa....264
Amaranthus....172
Amomum....342
Amygdalæ amaræ....135
——— dulces....134

Pag.

Amylum....350
Anacampſeros....91
Anacardium....138. 139
Ananas....108
Anas....238. 239. 240
Anchuſa officinalis....167
Anethum....333
Anguilla....250
Aniſum....333
Anona....141
Anſer domeſticus....221
——— ferus....222
Antacæus....270
Antophyllus....341
Aper....207
Aphya....256. 269
Apium....93
Aqua....369 usque 381
Archangelica....176
Arachis hypogæa....167
Arbutus alpinum....134
——— unedo....134
Ardea....242. 243
Areca....152. 358
Aries....201
Ariſarum....165
Armeniacum malum....109
Armoracia....101. 137
Artemiſia....335
Arum eſculentum....163
——— maculatum....163
Arundo ſaccharifera....151
Aſa fœtida....349

Pag.

Aſinus. 206
Aſparagus. 77
Atriplex. 76
Attagen. 221
Avellana. 136
Avena. 40
—— fatua. 155
Averrhoa acida. 149
Aurantium. 108
Aurata. 268
Azarolus. 130

B.

Balæna. 215
Ballerus. 254
Bananas. 141
Barbarea. 98
Barbatula. 258
Barbus. 253
Barnia. 254
Baſilicum. 329
Baſſanus. 241
Batatta. 64
Batis. 271
Beccabunga. 98
Belona. 266
Berberis. 105
Beta. 73. 96
Betonica. 175
Betula. 416
Bilimba. 150
Blitum. 172
Boa conſtrictor. 277
Boletus. 86
Bonus Henricus. 168
Boops. 268
Boraſſus. 151
Borrago. 100. 174
Bos. 198

Pag.

Braſſica acidulata. 68
—— botrytis. 71
—— brocoli. 72
—— capitata. 67. 94
—— laciniata. 70
—— rapa. 95
—— rubra. 69
—— ſabauda. 70
—— ſectilis. 71
—— ſelenifia. 71
—— viridis. 70
Bromus. 155
Bubalus. 201
Bulbocaſtanum. 63
Butyrum. 313. 314

C.

Cacao. 140
Caffra. 153
Calaba. 152
Calamus arom. 345
Calendula. 354
Calla paluſtris. 162
Callarias. 262
Caltha paluſtris. 337
Camelus. 205
Campanula. 167
Canarum. 146
Cancer. 277
Canis. 205
Cannabis. 359
Canna ſaccharifera. . . . 151
Cantharus. 268
Caper. 202
Capparis. 336
Capra. 202
Capreolus. 207
Capſicum. 343
Caragana. 56

INDEX.

	Pag.
Carambolas.	150
Caraſſius.	254
Carbonarius.	263
Carcharias.	272
Cardamine.	338
Cardamomum.	343
Cardium edule.	282
Carduelis.	224
Cardunculus.	78
Carduus paluſtris.	170
Carlina acaulis.	171
Caro fumata.	297
—— muriata.	297
Carota.	59
Carpio.	253
Carvi.	63. 331
Caryophyllata.	354
Caryophyllus.	341
Caſeus.	314. 315. 316
Caſſava.	152
Caſſia fiſtula.	107
Caſtanea.	139
Caſtor.	213
Catappa	146
Catus.	212
Cavia porcellus.	208
Caviarum.	295
Caulorapa.	59
Centriſcus ſcolopax	273
Cepa.	325. 327
Cephalus	267
Ceraſum acidum.	105
——— dulce.	114
Cerefolium.	330
Cereviſia.	382 usque 386
Cervus.	207
Chærophyllum bulboſum.	93
Charadrius apricarius.	232
——— pluvialis.	233
Chate.	147
Chloris.	231
Chocolata.	422
Chryſobalanus Icaco.	143
Chryſophyllum Cainito.	142
Civer.	56
Cichorium.	90
——— Intybus.	165
Ciconia.	243
Cinæ ſemen.	339
Cinamomum.	341
Citellus.	211
Citrinella.	230
Citrullus.	121
Citrus.	104. 306
——— decumana.	105
Clavaria.	86
Cnicus deraceus.	171
Coagulum lactis.	513
Cocchothrauſtes.	231
Cobitis.	259
Coctos butyracea.	145
Coccos nucifera.	145
Cochlea.	280
Cochlearia.	98
Coffea.	419
Colocaſia.	163
Columba.	222
Colymbus.	243. 244
Convallaria.	156
Coriandrum.	345
Cornix.	236
Cornu cervi gelatina.	317
Cornus.	128
Cortex citri.	331
Corvus.	235. 236
Corypha.	151
Cotodon.	215
Cottus.	256
Coturnix.	229
Crambe maritima.	170

Pag.
Crangx. 279
Cratæjus. 129. 130. 158
Cremor lactis. 312
Crex. 234
Crithmum. 338
Crocodilus. 276
Crocus. 340
Cubebæ. 343
Cuculus. 236
——— marinus. 266
Cucumis anguinus. 66
——— ſativus. 95
Cucurbita. 122
Cuminum. 332
Cuniculus. 208
Curcuma. 346
Curruca. 227
Curviroſtia. 230
Cydonia. 132
Cygnus. 241
Cynara. 78
Cynosbatum. 113. 159
Cyperus. 67
——— Papyrus. 166
Cyprinus. . 253. 154. 255. 256

D.

Dactyli. 123
Dama. 209
Delphinus. 216
Delphis. 216
Bidon hyſtrix. 273
Dillenia. 142
Dioſcorea. 166
Dioſpyros. 144
Dobula. 255
Dolychus. 148. 149
Draco. 267

Pag.
Dracunculus. 99. 334
Dudaim. 121
Durio. 149

E.

Echinus. 282
Elæocarpus. 152
Emberiza. 230
Empetrum nigrum. 125
Encraſiculus. 263
Endivia. 73. 90
Enula. 339
Eperlanus. 252
Epilobium anguſtifolium. 176
Equus. 205
Erinaceus. 210
Eruca. 334
Ervum Ervilja. 160
Eryngium maritimum. . . 175
Erythrinus. 269
Erytrophthalmus. 255

F.

Faba. 55
—— viridis. 81
Faber. 267
Fagopyrum. 42
Fagus. 137. 163
Fario. 250
Farina mineralis. 355
Fermentum panis. 348
Ficedula. 226
Ficus. 122. 123
Filipendula. 159
Filix mas. 355
Fleſus. 265

Fœni-

Pag.
Fœniculum. 333
Fœnum græcum. 176
Fragum.............. 115
Francolinus. 221
Fucus eſculentus. 173
—— palmatus......... 173
—— ſaccharinus...... 172
Fringilla canaria........ 226
——— cannabina..... 225
——— citrinella. 225
——— cœlebs. 225
——— montana....... 225
——— ſpinus. 225
Fulica. 241. 242

G.

Gadus. 262
Galanga................ 344
Galbula.......... 229. 236
Gale................. 355
Galeus. 272
Gallina................ 218
Gallinago.............. 232
Gallinula. 232
Gallus domeſticus....... 217
—— indicus. 219
Gammarus............. 278
Garrulus. 229
Garum................ 295
Gaſteroſteus 256
Gelatina.......... 317. 318
Genipa americana...... 143
Glacies............... 347
Glanis. 258
Glans fagea........... 163
—— quercus. 163
Glis eſculentus......... 212
Gnemon.............. 146
Gobio. 256
Gobius niger........... 258

Pag.
Grana Paradiſi........ 344
Granatum............. 126
Grias................. 152
Groſſolaria............ 127
Grus.................. 242
Guajacana............. 142
Gummi arabicum...... 350

H.

Hædus. 203
Hæmatopus oſtralegus... 234
Halex. 263. 296
Harengus.............. 263
Harmala. 358
Helianthus annuus...... 168
——— Cynara..... 66
——— tuberoſus.... 65
Hepſetus. 267
Heracleum ſpondilium .. 168
Hipochæris maculata.... 171
Hippocampus.......... 273
Hippogloſſus.......... 264
Hippophal............. 107
Hircus. 202
Hirundo.............. 237
Holcus ſorghum. 44
Hordeum.............. 38
Horminum............ 360
Hortulanus. 230
Hucho. 251
Huſo................. 269
Hydromel............. 414
Hymenæa courbaril.... 165
Hyoſciamus phyſalodes.. 357
Hyſtrix.......... 210. 273

I.

Jacapucaya............ 146
Jguana............... 276

Ee

Pag.

Jambos. 145
Ibex. 209
Jeſes. 255
Juglans. 136
Jujuba. 124
Juniperus. 335
Jus. . . . . 423 usque 428

K.

Karatas. 107

L.

Labrax. 257
Lac. 312. 313. 408 usque 412
Lacca. 415
Lachryma Jobi indica. . 154
Lactes piſcium. . 407 usq. 411
Lactuca. 89
Lagopus. 220
Lamium album. 169
——— purpureum. . . . 170
Lampetra. 270
——— fluviatilis. . . . 271
Lapathum. 157
Lappa. 174
Lardum. 311
Lapſana. 167
Larus. 244
Lathyrus. 66
——— cicera. 160
Lauſoceraſi folia. 349
Laurus. 335
Lens 55
Lepidium. 327
Lepus. 208
Leuciſcus. 255
Lichen islandicus. 172
Lilium camſcharcenſe. . . 165
Limanda. 265

Pag.

Limonada. 415
Limonium. 104
Linquatula. 265
Locuſta. 279
——— olitoria. 91
Loligo. 284
Lolium temulentum. 156. 362
Lophius. 272
Lucerna marina. 266
Lucioperca. 257
Lucius. 257
Lupinus. 161
Lupulus. 78. 360
Luſcinia. 227
Lutra. 213
——— marina. 214
Lycoperdon. 87
Lycoperſicum. 126
Lyra marina. 266

M.

Macis. 340
Macrocephalus. 216
Mæna. 269
Majorana. 329
Malpighia. 150
Malum indicum. 143
Malva. 76
Mammea. 144
Manatus. 214
Mangifera. 151
Mangoſtana. 142
Manna polonicum. 44
Marmota. 210
Mays. 96
Medulla oſſium. 309
Mel. 302
Melampyrum. 159
Melanurus. 268

Pag.
Melaſtoma. 150
Melica. 44
Melilotus cærulea. 338
Melo. 120
Melocactus. 170
Melongena. 125
Mentha gentilis. 328
Mercurialis annua. 175
Mergus. 241
Merlangus. 262
Merlucius. 262
Merula. 228
Meſpillum. 128
Millefolium. 361
Maraletus. 272
Mola. 273
Molva. 262
Mombin. 144
Monedula. 236
Monoceros. 216
Montifringilla. 225
Morinda. 143
Morinellus. 232
Moringa. 143
Morrhua. 261
Morum. 115. 116
Motacilla alba. 226
——— curruca. 227
——— erithacus. 226
——— flava. 226
——— Luſcinia. 227
——— oenanthe. 226
——— Phoenicurus. 227
——— Regulus. 227
——— Rubecula. 226
——— Troglodytes. 227
Mullus. 261
Mumia Brunsvicenſis. 386
Muræna. 259
Muſa. 141
Mus muſculus. 212

Pag.
Muſtella. 250
——— marina. 262
Muſtum. 412. 413. 414
Myrobalanus. 133
Myrtillus. 131
Mytilus. 280

N.

Napobraſſica. 58
Napus. 58
Naſturtium aquaticum. . . 98
——— criſpum. 97
——— hortenſe. 97
——— indicum. 100
Naſus. 255
Nelumbo. 63
Nicotiana. 352
Nigella. 332
Nitrum. 294
Numida. 210
Nux Cembræ. 138
—— fagi. 137
—— moſchata. 340

O.

Ochna Jabotapita. 144
Oenanthe. 226
Oenothera. 92
Olea. . . 306. 307. 308. 309
Olivæ. 132
Omphacium. 299
Onocrotalus. 240
Ononis. 175
Onopordon. 171
Opium. 356
Opuntia. 144
Orfus. 254
Origanum. 330

Pag.
Orleana. 346
Ornythogalum luteum. . 170
Orobus. 160
Oryza. 39
Oſtrea. 281
Ova gallinacea. 320
Ovis. 201
Oxycoccus. 130
Oxygala. 312
Oxyrhyncus. 253
Oxyrinchus. 271

P.

Pagurus. 278
Palumbus 222
Panicum italicum. 41
——— miliaceum. 41
——— ſanguinale 176
Panis ſecalinus. 52
—— triticeus. 50
Papaja. 149
Papaveris ſemen. 339
Pargus. 269
Parus 234
Paſſer. 224. 266
Paſtinaca. 61
Pavo. 219
—— marinus. 266
Pelamis. 260
Pepo. 122
Perca. 256. 257
—— marina. 261
Perdix. 220
—— ruffa. 221
Perſea. 152
Perſicum malum. 109
Petroſelinum. 62. 336
Petola. 147
Phallus. 87
Phaſeolus. 55

Pag.
Phaſeolus floralis. 79
——— nanus. 80
——— ſaccharatus. . . 80
——— viridis. 79
Phaſianus. 219
Phoca leonina. 214
—— vitulina. 213
—— urſina 214
Phœnicopterus ruber. . . 238
Phœnicurus. 227
Pholas Dactylus. 282
Phoxinus. 255
Phyſalus. 215
Phytolaca. 174
Pica. 235
Picus 238
Pimpinella italica. 100
Pinanga 358
Pinguedines. . . 309. 310. 311
Pinguicula. 353
Pinus abies. 164
—— ſylveſtris. 164
Piper jamaicenſe. 342
Piſtachia. 137
Piſum. 54
—— maritimum. 160
Platalea. 241
Plateſſa. 265
Podophyllum. 150
Polopuntia. 423
Polpo. 283
Polygonum aviculare. . . 157
———— couvolvulus. 157
———— erectum. . . 42
———— Biſtorta. . . 158
———— tartaricum. . 42
———— viviparum. 157
Pomum. 110
Porcellus. 205
Porrum. 326
Portulaca. 73. 92

Pag.
Primula veris. 167
Priſtis. 272
Prunum. 112. 113
Pſittacus. 223
Pullus gallinaceus. 219
Pyrrhula. 231
Pyrum. 111

Q.

Querquedula. 239

R.

Raja. 271
—— clavata. 272
Rallus aquaticus. 235
—— porzana. 235
Rana. 275
Ranunculus ficaria. 169
Rapa. 57. 95
Rapunculus. 92
Raphanus. 101
Rapunculus. 62
Rattus. 212
Regulus. 227
Rhombus. 264
Ribes alpinum. 127
—— nigrum. 126
—— rubrum. 106
Rosmarinus. 328
——— ſylveſtris. . .361
Rosmarus. 214
Rubecula. 226
Rubus. 118. 119. 120
Rumex. 75
Rupicapra. 209
Ruta. 351
Ruthenus. 270
Rutilus. 255

Pag.
S.

Saccharum 300
Sæpia. 283. 284
Sæpiola. 283
Sago. 44
Sal. 292. 293. 294
Salicaria. 175
Salicornia. 99
Salmarinus. 251
Salmo. 251
Salpa 268
Salvelinus. 252
Salvia. 328
Sambucus. 102. 117
Sanguis animalium. 323
Santonici ſemen. 339
Sapa muſti. 303
Sardina. 296
Sargus. 268
Satureja. 327
Scandix. 331
Schœnopraſum. 326
Sciæna umbra. 267
Scirpus maritimus. 155
Sciurus. 211
Sclarea. 361
Scolopax. 231. 232. 273
Scomber. 260
Scorodopraſum. 326
Scorzonera. 60
——— humilis. . . .162
——— picroides . . 97
Sebeſtena. 124
Secale. 38
Sedum reflexum. 91
—— rupeſtre. 91
Sempervivum tectorum. .169
Sepia. 283
Serpillum. 329

Pag.
Serum lactis. 412
Siliqua dulcis. 124
Sinapis arvenſis. 170
——— nigra. 333
Siſarum. 60
Sitodium. 153
Smilax. 93
Soja. 148
Solanum montanum. . . . 147
——— tuberoſum. . . . 64
Solea 265
Sonchus alpinus. 168
——— oleraceus. 168
Sorbus. 129. 159
Spartium ſcoparium. . . . 337
Sparus annularis. 268
Spelta. 43
Spergula arvenſis. 158
Spinachia. 72
Spiritus. . . . . 404 usque 406
Sprattus. 263
Squalus. 272
Squilla. 279
Stachys paluſtris. 159
Sterna. 245. 244
Stincus marinus. 353
Struthio-Camelus. 243
Sturio. 270
Strychnos potatorum. . . 147
Sturnus. 234
Surmuletus. 260
Sus. 203

T.

Tamarindus. 106
Tamus. 100
Tanacetum. 338
Tarandus. 209
Taraxacum. 94
Tarda. 221
Pag.
Tartarus cereviſiæ. . . . 348
Tartaria Hungarica. . . . 173
Taurus. 199
Taxus. 211
Teſtudo. 274. 275
Tetrix. 220
Thea. 417
Thriſſa. 264
Thymallus. 252
Thymus. 229
Thynnus. 260
Tinca 254
—— marina. 266
Torpedo. 271
Trachinus Draco. 267
Trachurus. 260
Tragopogon. 61
Tremella Noſtoc. 173
Tribulus. 140
Trifolium repens. 162
Tringa canutus 233
—— ocrophus. 233
—— pugnax. 233
—— ſquaratola. 233
—— vanellus. 233
Triticum. 36
——— repens. 156
Troglodytes. 227
Trutta. 250
Tuka. 270
Turdus illiacus. 228
—— merula. 228
—— muſicus. 228
—— pilaris. 228
—— pollyglottos. . . . 229
—— viſcivorus. 227
Turtur. 223

V.

Vacca. 199

Pag.
Vaccinium. 132
Vanellus. 233
Vanilla. 345
Vervex. 20.
Vicia. 161
Vina. 387 usque 414
Vinum abſynthiacum. 413
—— ceraſiacum. 414
—— pomaceum. 413
Vipera 276
Vitellus ovi. 319
Vitis flos. 355
—— idæa. 131
Vitulus. 200
Ulva umbilicalis. 173
Umbla. 252
Urogallus. 220
Urſus. 211.
Urus. 200
Urtica. 76
Vulpes. 210
Uva. 116. 117
—— criſpa. 128
—— urſi. 133. 158

X.

Xiphias gladius. 267

Z.

Zea. 42
Zeus faber. 267
Zingel. 257
Zingiber. 344
Zizania aquatica 165
Zygæna. 272



OPERA AUTHORIS HUCUSQUE EDITA.

Primæ lineæ anatomes.
Compendium inſtitutionum chirurgicarum.
Pharmacologia chirurgica.
Pharmacia chirurgica.
Bromatologia.
Doctrina de morbis oculorum.
——— — ——— cutaneis.
——— — ——— dentium.
——— — ——— venereis.
Methodus nova & facilis argentum vivum, ægrotis lue venerea affectis exhibendi.
Elementa medicinæ & chirurgiæ forenſis.
——— artis obſtetriciæ.

OPERA GERMANICA.

Erſter Umriß der Zergliederungskunſt des menſchlichen Körpers.
Anfangsgründe der chirurgiſchen Vorbereitungswiſſenſchaften.
Materia chirurgica.
Chirurgiſche Pharmacie.
Lehrſätze der praktiſchen Wundarzneywiſſenſchaft.
Neue Methode den mit der Luſtſeuche angeſteckten das Queckſilber zu geben.
Sammlung chirurgiſcher Bemerkungen.
Anfangsgründe der Geburtshilfe.
Die Lehre von den Hautkrankheiten.
— — — — Zahnkrankheiten.
— — — — Augenkrankheiten.
— — — — veneriſchen Krankheiten.
Anfangsgründe der gerichtlichen Arzneywiſſenſchaft.